veriſimile ꝙ penitens non eligeret
niſi eque bonum vel meliorem.
Si ꝟo nominat ſibi aliū de quo ve
riſimile eſt ꝙ ſit eque bonus vel me
lior ad confeſſionem audiendā nō
neget: quia forte habet peccatū qꝺ
erubeſcit confiteri ſibi ⁊ prius mo-
reretur ſine confeſſione q̄ʒ ſibi con
fiteretur. Si ꝟo apparet ꝙ non
eſt eque bonus aut per famaʒ aut

per viſum ſue perſone per conuer/
ſationem perſonarum ſibi cõfiten/
tium que minus religioſe conuer/
ſantur· ꝛ tunc ſimpliciter debet ne/
gare innoteſcendo ꝙ ille nõ poteſt
eum abſoluere· quod tamen intelli
ge cum ille ad quem vult accedere
parrochianus nõ habet auctoꝛita/
tem niſi ex cõmiſſione ipſius cura/
ti·declarãdo etiam ꝙ ipſe paratus
eſt eum adire · ſi tamen eſt talis ꝙ
ad hoc ſit ſufficiẽs · vel etiam ꝙ eſt
paratus ſibi dare vnum aliuꝫ loco
ſui·in quo caſu bene videat vt det
ſibi ad hoc ſufficientem· Nam ſi in
ſufficientem daret ſibi imputaret̃
detrimentum quod inde ſequere/
tur oui ſue:quia ẜm iura Qui parũ
diligenti ſocio ſuã rem cuſtodien/
dam cõmiſit facilitati ſue debet im
putari ſi periȷt· Si autem ille peti/
tus a parrochiano vel diffamatus
habet poteſtatem ſuperioꝛis: puta
quia eſt vicarius epiſcopi vel con/
feſſoꝛ deputatus in oꝛdine minoꝝ
vel pꝛedicatoꝛum ꝛ huiuſmodi: nõ
pꝛopter hoc pꝛohibendus eſt ſim/
pliciter:quia iudex malus vel dele
gatus nõ perdit iuriſdictionem ſu
am ſed debet dicere petenti: Non
expedit tibi vt tu vadas ad illũ vel
ad alium nec ibidem de voluntate
mea nec aſſenſu nec licẽtia ſed ipſe
habes poteſtatem ab alio maioꝛe·
vnde nõ poſſum tibi pꝛohibere ſed
paratus ſum te audire· vel per vica
rium vel per extraneum idoneum·
Et ẜm hoc ſoluitur inſtantia illius
regule:ſcilicet ꝙ non poteſt eſſe pa
ſtoꝛis excuſatio ſi lupus oues com/
medit ꝛ paſtoꝛ neſcit: quia hoc ve/
rum eſt quãdo paſtoꝛ ſcire debet et
poteſt. Et licꝫ aliquis ſemper debe
at reputare alium melioꝛem ſe ſim/
pliciter non tamen quantũ ad om/
nia:puta quãtum ad officium hoc
vel illud. Item ſuſpitiones habere
poſſumus non ad iudicandum pꝛo
ximũ ſed ad cauẽdum nobis· nam
ſi video pauperem nõ iudicabo fu/
rem:tamen ne foꝛte ſit fur cuſtodi/
am rem meam ab eo· ꝛ ſic in pꝛopo/
ſito· Tamen ſi contrarium non ap
pareat plus debet homo pꝛeſumere
de his quos papa vel epiſcopꝰ per
totaꝫ dioceſim pꝛefecit ꝙ̃ꝫ de ſe qui
deputatur ad vnam paruam par/
rochiam·

¶De religioſis qui nõ poſſunt au
dire confeſſiones ſine licentia ſui
pꝛelati·

¶Capitulum ſeptimum·

Ota ꝙ religioſus non debet
audire confeſſiones etiam il
loꝝum qui habent licentiam ſibi eli
gendi confeſſoꝛem. quãcunqꝫ etiã
ſi haberent a papa ſine licẽtia ꝛ au/

ctoritate ſui ſuperioris : quia ſine
ſuo ſuperiori velle et nolle non ha/
bet. patet hoc p ſimile extra de ele/
cti. c. ſi religioſus. li. vj. ad huiuſmo
di officium. vbi dicitur ꝙ electioni
de ſe facte non debet nec poteſt aſ/
ſentire ſine licentia ſuperioris ſui.
Sed vbi papa nominatim eligit re
ligioſum ad aliquod officium pre/
ſumitur noſcere perſone induſtriã
vnde nõ requiritur alterius licen/
tia ſiue pro inquiſitiõe ſiue pro pre
dicatione ſiue pro audientia con/
feſſionum ſiue pro prelatione ſiue
alio quocũqȝ officio. Sed ex hoc ꝙ
papa daret alicui licentiam ꝙ poſ/
ſet ſibi eligere quemcũqȝ etiam reli
gioſum pro audiendo cõfeſſiones
vel pro predicatione. ex iſta tali li/
centia nõ debet religioſus audire
confeſſiones vel pdicare ſine licen
tia ſui ſuperioris vel plati vel abba
tis. ar. ad hoc ex. de iude. c. quodqȝ
ſit laudabile. Si tñ i dicto caſu au
diret religioſus ſine licẽtia ſui ſu/
perioris vel plati teneret abſolutio
ita ꝙ nõ eſſet reiteranda talis pfeſ
ſio. Quis male faceret talis ſic au/
diendo. Pet. de palu. vbi. s. q. iiij.

¶De poteſtate audiendo cõfeſſio/
nes attributa fratribus predicato
ribus ⁊ minoribus a iure per tertũ
cle. dudum. §. ij. de ſepul. quõ fieri
poſſit ⁊ quomodo exponitur.

¶Capitulum octauum.

Ota tex. clemen. dudũ. §. ij.
de ſepul. vbi dicitur: Statui/
mus ⁊ ordinamꝰ vt in ſingulis ci/
uitatibus ⁊ dioceſibus in quibꝰ lo
ca fratrum ordinis predicatoꝝ et
minoꝝ conſiſtere dinoſcuntur ⁊ in
ciuitatibꝰ ⁊ dioceſibus ⁊ locis ipſis
vicinis in quibus loca hmõi nõ ha
bentur magiſtri priores prouincia
les ordinis predicatoꝝ aut eorum
vicarij et generales prouinciales.
miniſtri ⁊ cuſtodes minorũ ad pre
ſentiam prelatorum eorundem lo/
corũ ſe conferant per ſe vel per fra
tres quos ad hoc idoneos fore pu/
tauerint humiliter petituri. Ut fra
tres qui ad hoc electi fuerint in eo
rum ciuitatibus ⁊ dioceſibus con/
feſſiones ſuorum ſubditorum con
fiteri ſibi volentium audire libere
valeant. ⁊ hmõi confitentibus pro
ut ſm deum expedire cognouerint
penitentias imponere ſalutares at
qȝ eiſdem abſolutionis beneficium
impendere de licentia gratia ⁊ be/
neplacito eorum. Deinde prefati
magiſtri puinciales ⁊ miniſtri or/
dinum predicatorũ eligere ſtude/
ant perſonas idoneas ⁊ ſufficien/
tes vita probatas. diſcretas. hone/
ſtas atqȝ peritas ad tã ſalubre mi/
ſterium exequendum. Quas ſic ab
ipis electas repreſentant vel faciãt

repreſentari prelatis vt de ipſorum
licentia gratia ⁊ beneplacito in eo-
rum ciuitatibus ⁊ dyoceſib⁹ hmōi
perſone ſic electe confeſſiones au-
diant ſibi confiteri volētium ⁊ im-
ponant penitentias ſalutares ⁊ be
neficium abſolutionis impendat:
prout ſuperi⁹ eſt expreſſuȝ extra ci-
uitates ⁊ dioceſes in quib⁹ fuerint
deputati. per quas eas ⁊ nō per pro
uincias volumus deputari confeſ-
ſiones nullaten⁹ auditure. Nume-
rus autem perſonaꝝ aſſumendarū
ad hmōi officium exercendum eſſe
debet prout vniuerſitas cleri ac po
puli multitudo vel paucitas exigit
eorundem. Et ſi idem prelati peti-
tam licentiam confeſſionū audien
darū conceſſerint illam prefati re-
cipiant cū gratiaꝝ actione. q ſi for-
te dicti prelati quemcūqȝ ex hmōi
fratrib⁹ preſentatis eiſdem ad hu-
iuſmodi officiū nollent habere vel
nō ducerent admittendū eſſe. quo
amoto vel ſubtracto loco ipſius ſi-
militer eiſdem preſentandus poſ-
ſit alius ſurrogari. Si vo idem pre
lati prefatis fratribus ad confeſſi-
ones vt premittitur audiēdas ele-
ctis hmōi exhibere licentiam recu
ſauerint. Nos extunc ipſis vt con-
feſſiones ſibi confiteri libere volen
tiuȝ liciteqȝ audire valeant ⁊ bene-
ficium abſolutionis impēdere gra-
tioſe concedimus de apoſtolice ple
nitudine poteſtatis. Per hmōi aūt
confeſſionem nequaqȝ intendim⁹
perſonis ſeu fratribus ipſis ad id
taliter deputatis poteſtateȝ in hoc
impendere ampliorem qȝ in eo cu-
ratis ſeu parrochialibus ſacerdo-
tibus eſt a iure cōceſſa: niſi forſan
eis eccleſiarum prelati vberiorē in
hac parte gratiam ſpecialem duce-
rent faciendam.

¶ Petituri. Pau. poteſt peti hec li-
centia a prelatis extra ſuum terri-
torium: quia eſt voluntarie iuriſdi
ctionis. Cuſtodes. gl. Priores ergo
conuentuales quo ad predicatores
⁊ garriani quo ad minores hoc nō
poſſunt. Humiliter. Pau. ſi petatur
iſta licētia aſpere nō videt̄ ſatiſfa-
ctum conſtitutioni. Et ideo iteruȝ
eſſet repetenda propter omiſſionē
forme. Miniſtri. gl. Nota q de vica
rijs prioꝝ prouincialiū ⁊ de cuſto-
dibus non repetit. de quibus pre-
miſit. Licet ergo illi petitionem fa
cere de qua premiſit. non tñ electio
nem de qua hic loquitur. Preſenta
ri. gl. Ergo perſonalis preſentatio
fieri debet. Nam dicitur preſes qui
prebʒ ſenſibus corporis. facit de pe.
di. i. in prin. Et idem dicit Pau. ſu
per verbo repreſentent. Exigit. gl.
Si vo epiſcopus contendat cū fra
tribus dicens minorem numerum

ſufficere recipiat epiſcopus nume-
rum qui ſibi videtur· De reliquis
recurratur ad arbitriū boni viri· i·
iudicis·ff·de v·ob·l·continuis. Cō
ceſſerunt. gl·quā licentiā ſine frau
de reuocare nō poſſunt·c· decet. de
reg·iu·li·vj·Surrogari·gl·ſi nō re-
cipitur iuſta de cauſa: quia ſcz non
eſt talis qualis ſupra deſcribitur ſi
bi imputent qui malum elegerunt·
⁊ ſic poſſet omnes recuſare: cū non
ſunt apti: ſed ſi ſine cauſa hoc ſuc-
cedit ſine licentia pape· Recuſaue-
rūt·gl·ſi nō recuſat expreſſe ſed nō
dat nec negat: videt̄ ꝙ locū habe-
ret hoc priuilegium poſt trinā mo
nitionem vel requiſitionem·per·c·
i·ex·de ſup·neg·prela· Volentiū·gl
forte nō intellexit de religioſis qui
ſm ſtatuta ſuorum ordinum prela-
tis ſuis confiteri debent. Libere
gl·denotat ꝙ nō eſt neceſſe habere
licentiam ſacerdotis parrochialis
Cuius cōtrarium dicit Jo·mo. ſed
ei non ſtatur· Jmpartiri·glo·Abſo
luti ergo non habent neceſſe vlteri
us confiteri proprio ſacerdoti·Nec
obſtat·c·omnis in prin· de peni·et
re· quia illud intelligitur de eo q
alteri non eſt confeſſus legittime·
Jo·mo·dicebat cōtrarium ſed ma-
le dixit· Jdem Pau·ſ·ꝙ abſq; licen-
tia parrochialis ſacerdotis poteſt
quis alteri confiteri· nec tamen ex
hoc ſequitur ꝙ ſint curati iſti· Ra-
tio eſt ſm glo· Quia nec ipſi fratreſ
ſunt aſtricti ad executionem vel ex
ercicium iſtorum actuum. nec fide
les ſunt aſtricti vt in his ad eos re
currant· ¶ Jtem nota vt dicitur in
ſumma pꝑſana ⁊ bene ꝙ poteſt ep̄s
acceptare fratres ad audientiā cō-
feſſionum ⁊ hoc ſine ſolēnitate pre-
dicta preſentationis ſi vult cōmit-
tendo eis iuriſdictionem ſuam: qa
etiam ſine iſto priuilegio poſſet eis
dare licentiam audiendi·

¶ De effectibus qui ſequuntur ex
cōmiſſione audientie confeſſionis
alteri facta· Capitulum·ix·

X cōmiſſione autem alteri fa
cta de audientia confeſſionū
ſiue predicto modo ſiue per alium
modū ſequunt̄ iſti effectuſ vt dicit
Pe·de palu. in·iiij·di·xvij·
¶ Primus quidem qa talis cōmiſ-
ſarius poteſt audire ⁊ abſoluere al
teri⁹ licētia minime requiſita· Nec
ille qui vult confiteri tenetur pete-
re licētiam a proprio ſacerdote· ar·
efficax extra de pro·c· is qui· li. vj·
Nec obſtat ꝙ curatus debet cogno
ſcere vultum pecoris ſui· nam vul-
tum exteriorem poterit cognoſcere
ſicut ⁊ priuſ· ⁊ etiā intueri ⁊ corrige
re fraterna correctione et paterna
admonitiōe ſicut prius. Et quantū

ad exteriorem vultum attinet. non minus honeſte viuunt qui cõfiten/tur fratribus ꝙ̃ qui confitentur ſecularibus curatis. Quantum vero ad interiorem vultum meli⁹ pote/rit reddere rationem de confeſſis fratribus ⁊ hmõi: ꝙ̃ de confeſſis ſibi vel ſuo vicario: quia de interiori vultu parrochianorũ qui ſe reſpuerunt ⁊ ſine licẽtia ſui vicario pape vel epiſcopi elegerunt non habent reddere ratõnem: quia per eum nõ ſtetit quominus eos audiret ⁊ in/ſtrueret ſed per ſuperiorem qui eis coauditores dedit ⁊ parrochialem qui eum elegit. Hec Petr⁹ de palu. Dicit tamen Tho. ꝙ ſi alicui concedatur poteſtas a ſuperiori iudice confeſſiones audiendi parrochia/norum alicuius curati. ex hoc nõ fit illi preiudicium: quia poteſtas iu/riſdictionis non eſt cõmiſſa alicui in fauorem ſui: ſed ad vtilitatem ꝓximi ⁊ populorum ⁊ dei honorem. Item tenet Jo. an. in. c. ſi epiſcop⁹. de pe. ⁊ re. li. vj. in prima glo. Idem etiam tenet Jo. an. in cle. dudum. de ſepul. vt ſupra patuit. ſ. ꝙ nõ te/neatur petere licentiam a ſuo curato qui vult ipſis fratribus confite/ri. Idem tenet expreſſe Pau. Unde glo. Ber. que hoc dicebat damnata fuit tanꝙ̃ falſa per Clemẽtem. iiij. in quodaꝫ priuilegio quod incipit Quidam temere.

¶Secundus effectus huius cõmiſſionis ſm dictum Pe. eſt ꝙ cõmiſ/ſarius poteſt audire contra prohi/bitiones alterius prelati in quo eſt differentia inter ſuperiorem ⁊ inferiorem. nam inferior contra inhibitiõem ſuperioris nõ poteſt alicui cõmittere ſicut nec per ſeipſum audire eum ita ꝙ poſſit eum ſuſpendere ab audientia confeſſionum per alium ſicut poteſt per ſemetipſm. ⁊ ecõuerſo aũt contra inhibitionem in/ferioris ſuperior põt ita cõmittere ſicut poteſt audire eo inuito. Similiter ſi eſſent duo curati de pari et vterqꝫ inſolidũ vnus cõtra inhibi/tionem alterius poteſt audire ⁊ cõmittere: quia par in parem non habet imperiũ. Quãdo ergo inferior prohibet ne ſubditus confiteat̃ cuicunqꝫ ſine ſui licentia debet excipe niſi ſuperiori vl' eius vicario. al's temere agit: vt ſi loqueretur talibus qui bene ſciunt ꝙ non intendit vel non poteſt prohibere quin confiteant̃ tales ſuperiori ſuo: ſicut in re/ligionib⁹ cum prior ꝓhibet ne qs confiteatur de tali peccato ſine li/centia ſui: certum eſt omnib⁹ ꝙ nõ intendit quin poſſit cõfiteri magiſtro ordinis vel prouinciali vel eo/rum vicarijs: quia ſi ꝓhiberet ſpueremus ei in faciem. et multomagis

ſubprior qui nō poteſt dare licenti
am alteri confitendi : cū ſit vicari⁹
hominiſ q̄ʒdiu prior viuit ſi inhibe
ret ne quis ſine licentia ſui confite
retur ⁊c̄·derideretur. Sed mortuo
vel amoto priore vices ei⁹ gerit per
conſtitutiones· vnde reputaẗ ordi
narius curatus ergo prohibēs ſub
dito ſuo ne alij ꝯfiteatur debet exci
pere ep̄m. papam·legatū·ſummum
penitentiariū·⁊ archiep̄m dum vi/
ſitat ⁊ habentes ab eis poteſtatem·
Ep̄s xͦo non debet excipere omnes
predictos niſi ſeipſum· Et ſic quili
bet excipiat ſuos ſuperiores a tali
prohibitione·

¶ Tertius effectus hui⁹ cōmiſſio/
nis eſt ꝙ teneẗ curatus ei euchari
ſtiam miniſtrare ⁊ etiam alia ſacra
menta.exquo dicit ſe confeſſum il/
li q̄ potuit eū abſoluere· nec eſt ab/
ſurdū ꝙ det euchariſtiam illi cuiuſ
tn̄ conſciētiam ignorat:ſed cū eque
bona ⁊ tuta conſcientia:īmo tutio/
ri poteſt eum cōmunicare qui con/
feſſus eſt ſine ſui licentia habenti
poteſtatem ſicut illū qui confeſſus
eſt de licentia ſua vel ſibi:quia nec
etiam vicari⁹ curati reuelat ſibi cō
feſſionem:cū idem curatus dat illi
cōmunionem· vnde equaliter ſcire
debet cōſcientiam confeſſi vicario
ſuperioris ſicut ſcit conſcientiā ta/
lis confeſſi vicario ſuo· Et debʒ cu
ratus preſumere ꝙ melius confeſ/
ſus eſt ei quē papa vel epiſcop⁹ ele/
git in confeſſorem per totum mun
dum vel dioceſim:q̄ʒ qui confeſſus
eſt illi quem elegit ipſe prouidēdo
de ipſo ſuis ſubditis:cum epiſcop⁹
nō debeat hoc cōmittere niſi viris
potentibus opere ⁊ ſermone: vt de
of.ordi·c·inter cetera· vel etiam q̄ʒ
ei qui confeſſus eſt illi quem elegit
ipſe proprio arbitrio de licentia cu
rati generalis·Et hoc niſi cum eſſʒ
excōicatus vel notorius peccator.
nam tunc anteq̄ʒ det euchariſtiam
debet ei clare conſtare de abſolutio
ne ab hmōi·

¶ Quartus effectus eſt ꝙ peccata
confeſſa habēti talem cōmiſſionez
nō tenetur iteꝝ confiteri ꝓprio ſa/
cerdoti:vt declarat Jo·xxij·in ex̄ua
gan̄·q̄ incipit:Uas electionis·

¶ Quintus effectus eſt ꝙ per hāc
cōmiſſionez fit iudex qui prius nō
erat· Cum enim ad abſoluendū re/
quiraẗ poteſtas ordinis ⁊ iuriſdi/
ctiōis·lʒ ab habente ordinem ⁊ iu/
riſdictionem vel iuriſdictionez tm̄
poſſit hec audientia cōmitti haben
ti ordinem· licet non habeat iuriſ/
dictionem:puta ſimplici ſacerdoti
ita non curato ſicut curato·Non tn̄
econuerſo ſacerdos nō curatus po/
teſt hoc committere vel curato vel
ſacerdoti· Et ratio diuerſitatis

eſt:quia nõ equaliter he due pote/
ſtates tranſfunduñt. Habens eniȝ
ordinem ex ſola cõmiſſione nõ trãſ
fert ordinem ſed ſolũ ordinatio ſa/
cramentalis transfert ſiue ſit iudex
ſiue non. ſed iuriſdictio ab haben/
te eam ordinarie ſola commiſſione
tranſferẽt indifferenter priuato qui
nullã habebat ⁊ ei qui habebat ali
quã ſed nõ iſtam reſpectu ipſius.
¶ Sextus effectus eſt ꝙ qui audit
confeſſioneȝ nõ iure ſuo perdit po/
teſtatem ſuã delegante mortuo vel
amoto. ⁊ ideȝ forte eſt ipſo excõmu/
nicato vel ſuſpenſo niſi in cõfeſſio/
ne iam incboata quã audiuit extũc
quaſi ex iure ſuo. ſicut etiam perdit
poteſtatem illo reuocante: quia ſol
uitur iudicium probibente illo qui
iudicare iuſſit. Unde ſicut epiſco/
po mortuo vel tranſlato officialis
ceſſat in cauſis ſic debȝ ceſſare peni
tentiarius in ꝯfeſſionibꝰ audien/
dis niſi ꝙ abſoluere debet de pec/
catis iam auditis. glo. in. c. gratũ ⁊
relatum. de offi. ⁊ po. iudi. dele. qa
mandatũ expirat per mortem man
datoris. Similiter ſi dedit confeſſo
rem monialibus expirat poteſtas.
niſi eſſet rector earum cui ex officio
quaſi prioratꝰ vel rectorie eſſet au/
dĩetia annexa. ⁊ tunc eſſet quaſi or/
dinarius. Uideretur tamen ꝙ non
ſimiliter ita expiraret poteſtaſ dele

gati delegãte excõmunicato vel ſu
ſpẽſo ſicut mortuo vel amoto: quia
in primo caſu retinet delegans iu/
riſdictionem licet non vſum. In ſe
cũdo ꝟo neutrum retinet. Ad hoc
autem ꝙ delegatus vtatur iuriſdi/
ctione requiriẽ ꝙ delegatus in de/
legando habeat iuriſdictionem et
vſum eius: qa delegare eſt vſus iu
riſdictionis. ſed poſtq̄ȝ delegauit
non requiritur ꝙ habeat vſum: qa
vſus eius nihil facit. ergo ⁊c. Poſ/
ſet tamen dici probabiliter ꝙ ſi epi
ſcopus non exiſtens excõmunicatꝰ
vel ſuſpenſus inſtituit officialẽ vel
penitentiarium ⁊ poſtea excõmuni
cetur. nihilominus vterqȝ poteſt ꝓ
cedere in officio ſuo: quia vtitur vi
ce eius qui iuriſdictionem habet li
cet non vſum per ſe. Si autem iam
erat excommunicatuſ officialis nil
agit: quia ĩſtitutio vel cõmiſſio nõ
tenuit. De penitentiario ꝟo vide/
tur ſecus: quia etiam non ſacerdos
vel non conſecratus qui minus ha
bet q̄ȝ excõmunicatus cõmittere po
teſt: quia non minus eſt cõmiſſio
q̄ȝ permiſſio: quia iure ſuo ſacerdoſ
audit confeſſionem ⁊ committens
tñ eſt cauſa ſine qua non propter
parrochiarum diuiſionem ⁊ eccle/
ſie probibitionem. quando autem
cõmittens moritur vel amoueẽ nõ
eſt differẽtia inter commiſſarium

in foro penitẽtiali aut iudiciali qa vtriuſq̃ poteſtas expirat quantum ad negocia non incepta.

¶Capitulum.x de differentia inter fratres preſentatos ſm formaz cle.dudum. et differentia inter ſacerdotes curatos.

Ratres predicatores habent priuilegium q̃ epiſcopis mortuis qui ipſis ſuam dederũt auctoritatem vel cõmiſerunt poſſunt vti ea auctoritate quouſq̃ fuerit prouiſum eccleſie de paſtore.

¶Itẽ nota q̃ per iſtos effectus nõ habet cõmiſſio effectũ in perſonis ordinum reprobatorum.de quibus dicit̃ in.c.i.de religi.do.li.vj. Hec Pe.de palu.

¶Nota vlterius differentiã inter p̃dicatores fratres ſic preſentatos ꝛ curatos.nam p̃dicti fratres ex tali preſentatione et cõmiſſione pñt audire omnes parrochianos oĩum curatorum illius dioceſis vbi ſunt preſentati ſed nõ aliarũ dioceſum ꝛ non poſſunt hoc cõmittere alicui Sed curati non poſſunt audire inquantum curati niſi per parrochianos ſuos tm̃:alios non niſi cum licentia epiſcopi vel curatorum eorũ ꝛ poſſunt hoc cõmittere alteri.ſ.audire ſuos parrochianos.

¶Nota etiam aliaz differentiã ſm Lau.Fra.zaba.in cle.dudum. Naz curati poſſunt audire confeſſiones ꝛ eoꝝ vicarij ſibi ſubditoꝝ in dioceſi ſui epiſcopi ꝛ etiam extra dioceſim.ſed fratres electi ꝛ p̃ſentati ſm formã cle.dudum. de ſepul.de qua ſupra non poſſunt audire ſeu abſoluere extra dioceſim niſi ſint preſentati ꝛ ſi ſecus fieret quãuis cõfeſſi poſſent ex ignorantia excuſari: tamen quo ad eccleſiam nõ eſſent abſoluti.lz ſi conſtarent eis deberent iterum confiteri eis ꝛ infra dioceſim abſolui a predictis. Sed ſi ſine predicta ſolennitate cõmitteretur fratribus ab epiſcopo vel a curatis auctoritas audiendi confeſſiones ſimpliciter tũc poſſent etiam extra dioceſim audire ſicut alij vicarij eorundem.

¶De caſibus epiſcopis reſeruatis nec curati nec dicti fratres preſentati poſſunt abſoluere niſi inquantum fuerit a dioceſanis cõceſſum.

Caſus epiſcopales

¶De caſibus multiplicibus epiſcopo reſeruatis de quibus agitur in cle.dudum.de ſepul.

¶Capitulum.xj.

Ciẽdum q̃ varie ſunt opiniones doctoꝝ in dictis caſib⁹ Aliqui enim ponunt plures.aliqui pauciores. Unde materia ipſorum caſuum nõ eſt bene clara. E in ſum

Casus episcopales

ma pyſana dictum eſt ꝙ Benedictꝰ
papa·ij·in extrauaganti inter cun/
ctas declarauit quat. uor eſſe caſuſ
epiſcopales de iure· ¶ Primus ſcz
peccatum clerici per quod incurriſ
ſet irregularitatem· ¶ Secũdus de
incendiarijs· ¶ Tertius de pecca/
to per quod inducenda eſt ſolẽnis
penitẽtia· ¶ Quartus de excõmu/
nicatis maiori excõmunicatione·
Item declarauit quinqꝫ eſſe caſus
epiſcopis reſeruatis de approbata
conſuetudine· ¶ Primus eſt pecca/
tum homicidie volũtarij· ¶ Secũ
dus eſt peccatum falſarioꝝ· ¶ Ter
tius eſt peccatum violantium eccle
ſiaſticam libertatem· ¶ Quartꝰ eſt
peccatum violantium eccleſiaſticã
immunitatem· ¶ Quintus eſt pec
catum ſortilegiorum. diuinatoꝝ·et
incantatoꝝ· Quãuis aũt dicta ex/
trauagans fuerit reuocata per cle·
dudum·de ſepul· tamen quantum
ad dictos caſus nil innouatũ fuit·
⁊ ſi alia ibi contenta ſint· ⁊ ſic vide
tur ꝙ adhuc illi remaneant· Et ad/
dit̃ in pyſanella ꝙ poſſunt nihilo/
minus epĩ in ſuis epiſcopatibꝰ ca/
ſus eis reſeruare prout videtur eis
expedire: ſicut poſſunt conſtitutio/
nes facere· ⁊ multomagis conciliũ
ſynodale vel prouinciale a quorum
ſententijs religioſi nõ poſſunt ab/
ſoluere. Jo·an·in.c·ſi epẽs· de pe·et
re. in glo·iij·li·vj·predictiſ caſibus
addit poſt crimen enorme ⁊ publi/
cum homicidiũ ⁊ ſortilegiũ oppreſ
ſionem pueroꝝ: etiam ex caſu ince/
ſtum·corruptõnem monialium·coi
tum cum brutis. matrimoniũ clam
deſtine contractum· vel contra in/
terdictum eccleſie·periuriũ. falſum
teſtimoniũ·blaſphemiam dei ⁊ ſan
ctoꝝ· Hoſtieñ· Qui in ſumma ponit
omnes p̃dictos caſus· ⁊ addit pec/
catum contra naturam ⁊ etiã quod
libet enorme quod particularis vel
generalis cõſuetudo reſeruat ipſis
epiſcopis in quibus aliquando epi
ſcopi remittunt peccatores ad ſe/
dem apoſtolicam propter enormita
tem criminum ⁊ ad terrorem alioꝝ
Hec hoſtieñ· Ego tamen non legi
adhuc eſſe aliquod peccatum preci
ſe ita enorme quo non poſſit abſol
uere epiſcopus ſubditum: dum ta/
men non habeat aliquã ſententiã
excõmunicatiõis annexam quãuis
autem poſſint abſoluere ſi aliquan
do ad curiam mittant bene faciũt·
Guil·duran. in ſpe· in reptorio ſuo
vltra predictos caſus addit alios:
ſcz deflorantes virgines vi oppreſ
ſas vel ſeductas. Cõtrahentes poſt
votum caſtitatis emiſſum· Forni/
cationem cum iudea vel ſarracena
Concipientem prolem per adulte/
rium quam vir credit ſuam procu/

rantez abortum vel ſterilitatem in
ſe vel alio. Contrahentes matrimo
nium poſt ſponſalia iuramento fir
mata. Cognoſcentem carnaliter ba
ptizatã ab eo vel cuius confeſſionẽ
audiuit. Tenentem ad baptiſmum
vel cõfirmationem filios vel filias
extra neceſſitatem. Baptizantẽ pro
prios filios extra neceſſitatez. Uer
berãtem patrem vel matrem ⁊ vſu
rarios. Et tandem ſic ↄcludit. Tot
caſus ponere nihil aliud eſt ꝙ̄ ſa
cerdotum poteſtatem reſtringere:
que eis plenarie data eſt a xp̄o. Un̄
breuiter dico ſacerdotes oĩa poſſe
quo ad foꝝ ſp̄uale que nõ ſunt ſpe
cialiter in iure epiſcopis reſeruata
⁊ que non ſunt ipſis ſacerdotib⁹ di
recte vel per aliquã conſequentiaꝫ
interdicta. ar. c. at ſi clerici. de iud.
⁊ c. nuper. de ſen. ex. Hoc tñ fateor
ꝙ vbicũqꝫ fuerit aliquod graue de
lictum vel enorme ſuperioris eſt iu
diciũ requirendum. Et idem dico
in omnibus caſib⁹ in quibus eſt ge
neralis conſuetudo eccleſie ꝙ ſint
ipſis epĩs reſeruati.

¶Concluſio Jo. de Lign̄.

¶Jo. de Lign̄. in declaratiõe quã
facit ſuper. c. oĩs. de pe. ⁊ re. probat
⁊ concludit ex dictis ĩmediate per
Guil. ⁊ Spe. ⁊ ex clem̄. dudum. Fra
tres predicatores ⁊ minores preſen
tatos pro audientia confeſſionum
poſſe abſoluere ab omnib⁹ caſibus
peccatorum: exceptis preciſe illis q̄
in iure reſeruantur epiſcopis. Sed
a caſibus quos epiſcopi ſibi reſer
uant vel de conſuetudine ſue dio
ceſis vel ex ſuo beneplacito vel per
conſtitutiões ſuas ſynodales vel
prouinciales poſſe abſoluere etiam
ſi epiſcopi dictos caſus nõ cõcedãt
⁊ probat ſic: cle. dudũ. de. ſepul. ſta
tuit ꝙ dicti fratres non poſſint ab
ſoluere niſi a caſib⁹ a q̄bus poſſunt
curati abſoluere qui eis p̄mittun
tur a iure niſi ipſi epiſcopi vellent
aliquid plus conferre eis. Sed et
Guil. dicit ꝙ non obſtat ꝙ docto
res ponant multos caſus epiſcopis
reſeruatos. curati enim poſſunt ab
ſoluere ab omnibus occultis q̄ nõ
ſunt in iure epiſcopis reſeruata. et
non ſunt ipſis ſacerdotib⁹ directe
vel per aliquam conſequentiam in
terdicta. licet ergo epiſcopi poſſint
reſeruare certos caſus qui de iure
competunt inferioribus non tamẽ
hoc poſſunt ſimpliciter niſi in duo
bus caſib⁹ ſm̄ Guil. dupliciter: ſci
licet directe ſcilicet cum aliqui fue
rint legitime in crimine deprehen
ſi ꝙ merito fuerit tali poteſtate pri
uandi. Secundo indirecte. ſ. per ali
quam conſequẽtiam: vt cum aliq̄s
caſus euenerit in quo ad vtilitatẽ
cõmunem expediat ꝙ talem caſum

retineat ⁊ non aliter·xxv·q·ij·c· de eccleſiaſticis· Non aūt expedit vtilitati cōmuni reſeruare tot caſus· ſed hoc eſt ponere laqueos ī via ſalutis· Sed ſi aliquis pure velit defendere plures caſus poſſe epiſcopos ratiōabiliter reſeruare quo ad ſacerdotes parrochiales cum fine de foro epiſcopoꝝ ⁊ eoꝝ cōſtitutiōibus ſubiecti:tñ hoc non poſſunt facere epi erga predictos fratres qui exempti ſunt·nec eoꝝ ordinationibus ſubiecti:vt extra de exceſ·pla·c nimis praua.Cū ergo non poſſunt dicti fratres abſoluere a caſib⁹ reſeruatis in iure epiſcopis: vt dicit̃ in dicta cle·dudū·ergo pñt ab omnib⁹ alijſ abſoluere:videlicet de cōſuetudine reſeruatis particularis loci vel ſynodali conſtitutōne·vnū negando aliud tacendo ꝯſentit di·xxv·c·qualis·Nec poſſunt p̄lati dictam conceſſionem reuocare vel defalcare·nec dicere negando licentiam audiendi: qa nihilominus habent eam per cle·dudū· nec indirecte prohibēdo parrochianos ne cōfiteant̃ eis· extra de pri. c·quanto nec per rōnem multoꝝ caſuū: quia fieret in fraudem legis qđ fieri nō debet:vt·c· conſtitutus· de conceſ· preben·Sileat ergo Jo·mo·hic qui dicit ꝙ ſi epũs poteſt artare poteſtatem ordinariā curatoꝝ· poteſt multomagis artare poteſtatē extraordinariam ipſoꝝ fratrū: quia quod per ſuperiorē concedit̃ per inferiorem artari vel reuocare nō poteſt: vt di·xxj·c·inferior· Ad cōſtitutōeꝫ aūt cle. de priui· reli· vbi dicit̃ ꝙ a caſib⁹ ordinarie reſeruatis quenōꝫ abſoluere non preſumant·Reſpondenduꝫ eſt ꝙ hoc intelligendū eſt de caſibus in iure reſeruatis: ſicut intendit cle·dudū. non aūt per cōſuetudinem vel ſtatuta alioꝝ prelatoꝝ:quia illa remouet papa ī dicta cle·dudum·a quib⁹ poſſunt dicti fratres abſoluere. ⁊ per ꝯſequēs videt̃ quicqd dicat̃ per modernos vel antiquos de talibus caſib⁹ per epũos reſeruatis totum reuocat̃ per cle·dudum·ſpecialiter quātum ad dictos fratres· Si enim cōſtitutio poſterior lꝫ non faciat mentionem de priori ipſam reuocare noſcatur· c·licet·de conſti·li·vj·multomagis reuocari debent dicta doctorum ſi in contrarium promulgentur·Hec Jo·de ligñ· Sed Fran· zaba· poſt Lan·dicit ꝙ de caſibus epũalib⁹ nō poteſt dari doctrina:cum dependeat ex conſtitutiōibus ipſoꝝ epiſcopoꝝ ⁊ doctrina· ⁊ quāuis Lan· dicat ꝙ habens irregularitatem quā ſolus papa tollere poteſt nō poteſt abſolui a peccato ante diſpenſationem·Fran·zab·dicit contrariū: ſcꝫ

ꝙ poteſt abſolui a peccato remanē/ te macula irregularitatis. ¶ Quia ergo non eſt clarū q̲ ſunt caſus epi ſcopi reſeruati ī iure cōmuni·ideo tutioꝛ via eſt in hmōi ꝙ fratres ſi poſſunt ſciant ab epiſcopo quos ca ſus vult ſibi reſeruare. ꝛ de illis nō ſe impedire·oēs ꝟo alios caſus ſibi faciant concedere· Certum eſt aūt ſm omnes ꝙ abſolutio ab excōmu/ nicatione maioꝛi reſeruatur epiſco pis· Item diſpenſatio vel cōmuta/ tio votoꝛū· Item relaxatio quoꝛun dam iuramentoꝛū·Diſpenſatio ꝟo incertoꝛum an pertineat ad epiſco pum vel ad alium habeſ ſupꝛa in·ij pte ſum·ti·de reſti·c·iiij.ꝛ ibi diffu ſe Fran·zaba·in cle·dudum·in glo· ſuper verbo conceſſa·dicit glo·Jo· an·Lan·Pau·Steph·ꝛ zenze·tene/ re ꝙ epiſcopus poſſit reſeruare ca/ ſus de quibus curati poterāt ante hanc conſtitutiōem dudum. abſol uere:ita ꝙ reſeruatio p̄iudicet fra/ tribus is ꝙ etiam non poterūt tūc ab ipſis reſeruatis caſibus abſolue re quod eſt contra hoc quod hic di cit Jo·de ligeñ· ꝛ intelligit̄ iſta re/ ſeruatio caſuuꝫ epiſcopaliū de acti/ bus exterioꝛibus cum effectu ꝛ nō de interioꝛibꝰ:videlicet ſi quis de/ ſiderauit vel etiam queſiuit alium occidere·iſtud homicidium coꝛdis non eſt de caſibus reſeruatiſ epiſco pis·Dicit etiam Petrus de palu·ꝙ inceſtus qui cōmittitur a pueris q̲ non habent vſum rationis non eſt de reſeruatis epiſcopis:quia nec ꝑ hoc tollitur virginitas nec cauſat̄ affinitas.

¶ Capitulum·xij·de ſacerdote qui abſoluit aliquem a caſu a quo non poteſt abſoluere·

Item nota ꝙ ſi ꝯfeſſoꝛ quicunqꝫ aliqueꝫ abſoluerit de aliquo peccato a quo non poteſt·ſiue quia eſt reſeruatus ep̄o·ſiue quia nullaꝫ habet auctoꝛitatem·quāuis graui/ ter peccet:pꝛecipue quando abſol/ uit ſcienter vel ex ignoꝛantia iuris craſſa:tamen ex hoc nō incurrit ali quam cenſuram vel excōmunicati/ nem·ſiue ſit clericus ſecularis· ſiue religioſus talis abſoluēs ſm Frā· zabarell·ꝛ zenze. ſed tenetur illum quem ſic abſoluit auiſare de erroꝛe ſuo ſi cognoſcit· vel poteſt inueni/ re·ille tamen quo ad deum excuſa tur dum hoc ignoꝛat·Et ꝙ dictum eſt ꝙ confeſſor debet illum auiſare quem abſoluit· cum non poſſet in/ telligitur quando fieri non poteſt ſine ſcandalo notabili· Unde in cō ci·Baſilieñ.quidam multum periti habita ſuper collatione dixerunt ꝙ talis cōfeſſor petat auctoritatem a ſuperiori ſuper hoc caſu a quo non

Inceſtus a pueris commiſſus

103

potuit abſoluere ⁊ tamen abſoluit: qua habita vocet illum quem abſol uerat cum non poſſet ⁊ per aliquez modum coopertum interroget de aliquibus que ſibi eſt cõfeſſus qua ſi volens ſe melius informare ac ſi plene non intellexiſſet. ⁊ ſi que alia criminalia poſtea cõmiſerit ⁊ ſic ab omnibus iterum abſoluat de tunc al's auditis ⁊ prius. Uel ſi magnuz ſcandalum ex hoc timeretur: ſic ꝙ predictus modus ſeruari non poſ/ ſet abſoluat abſentem ſi ab vltima confeſſione creditur talem perſeue raſſe in gratia. Aut vt alijs placu/ it: cum ex hoc timeretur notabile ſcandalum euenire committat xp̄o ſummo ſacerdoti: preſertim quãdo multitudo eſt ſic neglecta vel mul/ tum diſtat a loco vbi eſt confeſſor. Sed ſi religioſus abſolueret aliquẽ ab aliqua ſententia excommunica/ tionis ſuſpenſionis vel interdicti. in iure poſita incideret excõmuni/ cationem a qua non poſſet abſolui citra ſedem apoſtolicam. cle. religi oſi. de priui. Secus ſi abſolueret a ſententia hominis: quia tunc non incurreret ſm̄ Pau. quãuis graui/ ter peccaret. Sed clerici ſeculares abſoluendo a ſententijs iuris quã uis ⁊ ipſi male faciaut: non tamen aliquam incurrunt cenſuram.

¶ Capitulũ. xiij. An in generali cõ feſſione contineatur ſpecialis.

Nota etiaz ꝙ vt dicit Jo. an. ſuper. c. tua nobis. in glo. ex. de offi. vica. Si epiſcopus dedit vi carium generalem ⁊ in mãdato ali quid expreſſit de his que requirũt ſpeciale mandatum ſecuta genera/ li clauſula: ⁊ omnia alia que p nos poſſumus etiam ſi mandatum exi/ gant ſpeciale. Secundum Hoſtien̄ ſatis videtur ꝙ talis etiam poſſit ſpecialia ad inſtar ꝓcuratoris. Se/ cus ſi aliquid de ſpecialibus nõ fu iſſet ibi expreſſum. Hec Jo. an. Quod videtur intelligendum quantum eſt de virtute verborũ ⁊ in foro con tentioſo. Nam ſi in foro conſcientie aliter conſtaret de intentione con/ ferentis auctoritatem ꝙ ille inten/ derit hoc etiam ſi non expreſſiſſet aliquid in generali conceſſione in/ telligerentur ſpecialia. xxij. q. v. c. humane. ⁊ hoc idem dici poteſt de auctoritate data ab epiſcopo con/ feſſoribus: quia ſcȝ dicendo: Do vo bis auctoritatem meam in confeſ/ ſione non intelligitur propter hoc conceſſiſſe caſus ſuos niſi alicui cõ ſtaret ꝙ per hec verba generalia in tendit caſus ſuos cõcedere: ſed di/ cendo iſtum et illum et omnes ali/ os caſus tunc intelligit̃ totum de/ diſſe.

Capitulū.xiiij. quid poſſint pe/
nitentiarij curie Romane.

E nota ꝙ penitētiarij mino
res in curia poſſunt abſolue
re vndecunqꝫ veniētes ab omnib⁹
caſibus peccatoꝝ ⁊ ſentētijs epiſco/
pis reſeruatis. Habent enim aucto
ritatem quaſi epiſcopalem in foro
penitentie ⁊ maiorem quoad quoſ/
dam caſus excōmunicationis ⁊ diſ
penſationis. Summus vͦ peniten
tiarius adhuc habet maiorē in plu
ribus alijs caſibus excōmunicatio
nis ⁊ diſpenſationis.

Capitulū.xv. quid fiendum qñ
confeſſor nō intelligit penitētem.

Ota vͦ ꝙ cū confeſſor nō in
telligit penitentē aut experien
tia lingue. aut ex dormitiōe. aut ex
diſtractione mentis ad alia appli/
cate. vel ex alia cauſa ſm Jo. de Ne
apo. in quodlibet. ꝙ cum ſacramen
talis confeſſio preexigat confeſſio/
nem. confeſſio vͦ importat reuela
tionem que non poteſt eſſe niſi re/
uelatione vnius: ſcꝫ confitentis et
perceptione alterius: ſcꝫ cōfeſſoris.
quia ſi alterum iſtorū deficit in pre
fato caſu credo de illo peccato nō
eſſe factam confeſſionem ⁊ per con
ſequens non impendi abſolutionē
Hec ille. Si tamen non hoc facit et
confeſſus quidem de hoc non per/
pendit abſolutus eſt coraꝫ deo. nec
tenetur iterare quouſqꝫ neſciat il/
lum non percepiſſe ſeu intellexiſſe
peccata ſua. ⁊ hec vera ſunt de pec/
catis grauibus. i. mortalibus que
ſunt de neceſſitate confitenda non
autem de venialibus. ad que quis
non tenetur de neceſſitate ⁊ vbi ta
lia modica raro obaudiunt̄ ab eo
qui al's cognoſcit perſonam.

Explicit prima pars que fuit de
ptāte ſeu auctoritate confeſſoris.

Incipit ſecūda pars que erit de 2ª pars
ſcientia ipſius que erit duplex. pri
mus. §. ſ. ꝙ duplex eſt clauis: ordi/
nis. ſ. ſcientie ⁊ potentie.

Jcto de poteſtate confeſſo
rum: nunc vidēdum eſt de
ipſorum ſcientia. Eſt eniꝫ
duplex clauis ordinis; ſcilicet cla/
uis ſcientie ⁊ clauis potentie. Vn/
de Chriſtus Petro dixit: Tibi da/
bo claues regni celorum. Matthei
xvj. capitulo.

Nota tamen ꝙ iſta ſciētia nō di/
citur clauis ſed ipa poteſtas diſcer
nendi atqꝫ examinandi ſiue cogno
ſcēdi in foro conſcientie ⁊ poteſtas
determinandi ſeu diffiniendi cau
ſam. i. ligandi ⁊ ſoluendi dicit̄ cla/
uis potentie. Jſta vͦ duplex pote/
ſtas eſt vna ī eſſentia ſed duplex in

effectu· Scientia autē acquiſita nō
eſt clauis ſed bene iuuat vti claui·
⁊ de his clauibus habes di·xx· per
totum·

¶ Quanta ſcientia requiratur in
confeſſoꝛe·§·ij.

De quantitate ſcientie confeſ
ſoꝛis: quantū· ſ· opoꝛteat euꝫ
habere periciam dicit Auguſti· de
pe·di·vj.c· opoꝛtet· Ut ſpiritualis
iudex ſciat cognoſcere quicq̄d de/
bet iudicare· dicit Tho.in·iiij· di·
xvij.in expoſitione littere: Hec ſci/
entia ⁊ ſi non ſit maioꝛ tamen debꝫ
eſſe tanta vt ſciat diſcernere inter
peccatū ⁊ non peccatū· ⁊ peccatum
moꝛtale ⁊ veniale· ⁊ ſi ī aliquo eſſet
dubitatio ſciat dubitare vt poſſit
ad peritioꝛes recurrere. Albe· autez
in·iiij· dicit ꝙ nō tenetur ſacerdos
ſcire diſcernē niſi in cōmuni que
ſint capitalia ⁊ que moꝛtalia cōmu
nia ⁊ que venialia ex genere· Sed
hec neſciens dicit idem· puto ꝙ pec
cat moꝛtaliter talis audiendo ⁊ eū
inſtituens plus peccat q̄ꝫ ipſe ⁊ euꝫ
permittens inſtitutum miniſtrare
ſi ſua intereſt talem pꝛohibere· Di/
cit etiam ꝙ in perplexis caſibus ſa
cerdos eccleſie parrochialis debet
eſſe ita diſcretus vt talia difficilia
eſſe ſciat nec eſſe pꝛocedendum in
eis ſine ſuperioꝛis cōſilio vel aucto
ritate· Hec Alb·ī·iiij·Guil·duran·
in ſumma ſua dicit ꝙ quotiens cō/
feſſoꝛ ſe ingerit ad confeſſiones au
diendas totiēs ſe offert ad reſpon/
dendum de quolibet ⁊ interduꝫ de
caſibus inopinatis ⁊ al's inauditis
⁊ queſtionib⁹ ſeu caſib⁹ valde per/
plexis· debet ergo cōfeſſoꝛ ſcire diſ
cernere inter peccata ⁊ differētias
peccatoꝛum· Unde ſcire debet con/
feſſoꝛ ſi ea que expꝛimit ſibi penitēſ
ſint peccata vel non : puta an bella
pꝛincipum ⁊ ipſoꝝ exactiōes ſint li
cite vel non· ⁊ vtrum contractus q
fiunt ſint liciti vel illiciti· ⁊ quādo
ad reſtitutionem teneatur ⁊ quan/
do non. ⁊ an ei debeat pꝛohibere cō
munionem vel cōcedere: quia ſi cō/
feſſoꝛ iudicat licitum quod eſt illi/
citum tam confeſſoꝛ q̄ꝫ penitēs in
foueam cadunt: niſi foꝛte pꝛobabi/
lis ignoꝛantia eum excuſet: puta ſi
habet aliquem doctoꝛem autenticū
⁊ famoſum cuius opinioni innitit̄
Unde ſi confeſſoꝛ non eſt expertus
in caſibus ita ꝙ nec nouit dubita/
re nec per ſe iudicare cum periculo
aīe ſue audit ꝯfeſſiones· Hec Guil·
Pe.de palu·in·iiij·di.xix· oſtendit
maioꝛem ſcientiā requiri in eo qui
ſe ingerit q̄ꝫ in eo qui ponit̄ ad hoc
a ſuperioꝛib⁹ ſuis ex obedientie in
iunctiōe· Et de pꝛimo pōt intelligi
dictuꝫ religioſoꝛum Guil. Duran·
De ſecundo dictum Tho· et Albe·

Dicit enim ipſe Pe. Omnis ſacerdos habet clauem ſcientie ⁊ potentie .i. auctoritatem diſcernēdi ⁊ potentiā ligandi ⁊ ſoluendi. licet multi non habēt ſcientiam debitam et econuerſo multi nō ſacerdotes habent ſcientiam qui non habent auctoritatem diſcernendi. ſecundi quidem ſine peccato. ſed primi cū peccato ſuo ſi hoc procurarent. al's ſi inuiti ponerentur excuſati ſunt ſi propoſuerūt impedimentum nec ſunt auditi Munus enim in iudicium iudicandi neceſſarium eſt. ⁊ poteſt ad hoc compelli. ſ. ad officiū iudicandi. ⁊ ad prelationem carens ſcientia. ⁊ tunc nō peccat ſicut in religionib⁹ conſuetum eſt fieri. Et qđ dicit Gre. ꝙ ſi indignus eſt nō debet obedire ⁊ ſi dignuſ debet obedire. intelligendum eſt de illo qui habet defectus q̄ ſunt iuris videlicet irregularitas. ⁊ tunc nō debet obedire niſi ab eo per diſpenſationem ꝓmoueat̄. al's tenet̄ religioſus obedire. aliogn quilibet religioſus bonus q̄ reputaret ſe ĩdignū refugeret. ⁊ ſic ſoli indigni promouerent̄ ⁊ ponerentur. Qui v̄o nō coactus ſed ſponte accipit poteſtatem ſiue prelationis. ſiue audiēdi ꝯfeſſiones non habens ſufficientem ſcientiaꝫ peccat. Sed qui inuitus et coactus non accipit ſed ſuſcipit non peccat Unde ſine peccato ab inſcio haberi ⁊ ſuſcipi poteſt ſed accipi nō poteſt poteſtas iudicādi ſine peccato. Hec Pe. Si tamen in eo eſſet tāta ignorantia ꝙ omnino imperitus eſſet: quia nec etiā ſcit que Tho. et Alb. dicunt ſupra: credo ꝙ non excuſaretur a peccato ⁊ etiam ſi ex obedientia iniūcta poneret ſe ad id ad qđ omnino ineptus eſt cum periculo animarum.

¶ An confeſſor teneat̄ ſcire an peccata in confeſſione audita ſint mortalia vel venialia. §. iij.

Utrum autem confeſſor teneatur ſcire de omnibus que ſibi dicuntur in confeſſione an ſint mortalia vel venialia. ¶ Henricus in quodlibeto ſic reſpondendo diſtinguit. ¶ Peccata ſunt in duplici genere. Quedaꝫ ſunt peccata quia prohibita: quia ſi non eſſent prohibita nō eſſent peccata: vt ſunt omnia que ſunt de iure poſitiuo: vt audire miſſaꝫ die dominico. ſemel in anno confiteri ⁊ cōmunicari ⁊ huiuſmodi. Et talia tenetur quilibet confeſſor ſcire: niſi habeat cauſam rationabilem que eum excuſet: vt ſi forte tempore prohibitōnis erat in terra longinqua vel in carcere.

¶ Alia ſunt peccata nō quia ab homine prohibita ſed quia de natura ſui mala ſunt: etiam ſi non prohi-

beantur. Et horũ quedam ſunt ca/
pitalia: vt ſuperbia· luxuria· auari/
cia ⁊c̃· Hec enim ſunt quaſi elemen
ta ⁊ principia q̃ de neceſſitate quẽ/
libet cõfeſſorem ſcire oportet· Que
dam ṽo ſunt peccata que ſunt ſpe/
cies peccatorum capitalium: vt il/
la que recipiunt horum predicatio
nem: vt fornicatio ⁊ ebrietas ⁊ hu/
iuſmodi· Fornicatio vero luxuria
quedam eſt. ⁊ ebrietas quedam gu
la· ⁊ horum peccatorũ ſpecies· Que
dam ſunt que importãt malum de
ſubſtãtia ſui actus eo ꝙ ſtatim no/
minata habeant annexum malum
vt fornicatio· ⁊ de talibus etiam cõ
feſſor ſcire tenetur vtrum ſint mor
talia vel non vel venialia· Quedã
vero de ſubſtantia ſui actus nõ ha
bent deformitatem ſed ex libidine
faciente: ſicut cognoſcere vxorẽ pro
priam non eſt peccatũ de ſe: tamen
poſſet quis vxorem cum tanta libi/
dine cognoſcere ꝙ eſſet peccatum
mortale: vt ſi eã cognoſceret ſi etiã
non eſſet vxor eius. ⁊ de talibus nõ
oportet ꝙ cõfeſſor ſciat vtrum ſint
mortalia vel venialia: quia nec con
fitentem frequenter ſcire oportet·
Alia ſunt peccata que ſunt filie pec
catorum capitalium: vt illa pecca/
ta quorum fines terminantur ⁊ or
dinãtur ad fines capitalium: ſicut
dolus ⁊ acq̃ſitio rei iniuſte· Et de

talibus peccatis frequenter opini/
ones ſunt cõtrarie inter doctores·
Et de talibus non tenetur ſimplex
curatus non ordinarius ſcire vtrũ
ſint mortalia vel non. Curatus aũt
ordinarius vt epiſcopus ⁊ archiepũs
⁊ ceteri alij ſuperiores p̄lati tenen/
tur ſcire: quia ipſi ſunt purgatores
⁊ tenentur alios purgari facere ⁊ il
luminare· ⁊ ideo tenentur ſcire no/
uum ⁊ vetus teſtamentũ· Hec ille·
Caueat autem confeſſor ne ſit pre/
ceps ad dandam ſententiã de mor
tali quãdo non eſt certus ⁊ clarus·
et q̃a in aliqua materia varie ſunt
opiniones ꝙ̃plurium ⁊ ſolennium
doctorum vtrum ſit licitum vel illi
citum ſicut de non ſoluendo deci/
mas vbi non eſt conſuetudo para/
ti ſunt tamen ad danduz ſi eccleſia
peteret quod quidã dicunt eos eſ/
ſe in ſtato damnationis vt Inno·
Alij ṽo dicunt ꝙ non vt Tho· Jo·
an· Archi· ⁊ de emptõne iuriũ mon
tis florentie vel in preſtitis Vene/
torum quod quidam dicũt eſſe vſu
ram alij licitum dicũt ⁊ multis hu
iuſmodi· Cõſulat tamen ſemper ꝙ
tutius eſt a talibus abſtinere· extra
de ſpon. c· iuuenis· non tamen con
demnat contrarium facientes ſeu
contrariã opinionem tenentes nec
propter hoc denegat abſolutionez·
Sed vt dicit Guil. dicat cõfeſſor ꝙ

illud faciendo nõ eſt tutum ſed du
bium· ꝛ ideo bene ſibi ꝓuideat· Si
autem omnino conſcientia confeſ-
ſoꝛis dictaret illlud eſſe moꝛtale ꝛ
non poſſet conſcientiam deponere
quod tamen debet ad conſilium ſa
pientum recurrat ꝛ nullo modo de
bet facere cõtra ꝯſcientiã: quia pec
caret moꝛtaliter·xxviij·q·i·c· dein-
ceps·§·ex his·iuncta gl· Sed cũ il-
lud tale eſſet contra cõmunem opi
nionem doctoꝝ ꝛ cõmuniter ſic ſer
uatur a ſapientioꝛib⁹· Quis aliquẽ
doctoꝛem audiret ꝯtrarium tenere
nõ debꝫ illi de leui adherere· Quõ
ꝛõ quis debeat deponere in hoc cõ
ſcientiam erroneam vel ſcrupulo-
ſam habes ſupꝛa in pꝛima parte·ti·
ij·c·de conſcientia.

¶Qñ iteranda eſt confeſſio in ſex
caſibus·§·iiij·

Cire etiã tenetur ꝯfeſſoꝛ qui
ſunt illi caſuſ in quibus tene
tur quis iterare ꝯfeſſionem ꝛ ſunt
quattuoꝛ ſm Pe·de palu·duo vero
ſunt ex parte confitentis·

¶Pꝛimus ſm Tho·Ray· Hoſtiẽ
ꝛ omnes alios·ſ·quando aduerten
ter tacet aliquod quod eſt moꝛtale
vel credit vel pꝛobabiliter dubitat
eſſe moꝛtale ex verecundia vel alia
cauſa iniuſta·tunc etiaꝫ moꝛtaliter
peccat cõmittendo fictionem in ſa
cramẽto ꝛ notabilem irreuerentiã
ꝛ iterare tenetur talem ꝯfeſſionem
Si tñ talis confitetur eidem cui et
pꝛius ꝛ ille habꝫ in memoꝛia pecca-
ta eius ſufficit dicere illud occulta
tum ꝛ illam fictionem ſm Guil· et
Duran·imo etiam ſi nõ haberet in
memoꝛia vt patet in fine·iiij·caſus
Sed ſi dimitteret ex aliq̃ iuſta cau-
ſa: puta quia pꝛobabiliter dubitat
eum ſollicitantem ad malũ de quo
confitetur vel reuelatoꝛem confeſ-
ſionis· vel dicendo id cum ſit con-
feſſoꝛ manifeſtaret peccatuꝫ quod
audiuit: puta ſi iniuſte abſoluit cũ
non debeat·ꝛ in his caſibus nõ ha
bendo copiam niſi talis cõfeſſoꝛis
cui confitẽdo aliquid pꝛedictoꝝ ſe
queretur tunc ſatis videt̃ ꝙ ſit ex-
cuſatus·Dicit etiam pꝛedictus Du
ran·ꝙ ſi ex ignoꝛantia craſſa et ſu-
pina aliq̃d retinuit moꝛtale: quia
noluit cogitare de ſuis peccatis: te
netur totũ iterare·ſecus ſi ex igno-
rantia pꝛobabili: quia tunc ſolum
illud quod dimiſit·

¶Secundus eſt ſm Tho·ꝛ Pe·qñ
nõ impleuit penitentiã ſeu ſatiſfa
ctionem iniunctam pꝛo moꝛtalib⁹
ex cõtemptu vel ex negligẽtia ꝛ eſt
oblit⁹ eius·ſi enim eius recoꝛdaret̃
adhuc poſſet pficere· ꝛ tũc pficien-
do iterare nõ tenet̃ ꝛ pcipue qñ nõ
eſt ſibi pfixus terminuſ quẽ nõ poſ
ſet trãſgredi·Quis ſibi ſit declara-

tum in quo ipſaȝ debeat facere vel
in alio tempore ipſam ſupplere. Eo
ipſo autem ꝙ facit ſibi propoſitum
non implendi ſibi penitentiam in/
iunctam pro mortalibꝰ ex negligen
tia vel contemptu peccat mortali/
ter:quia tenetur ad illam ſub prece
pto. Secus ꝟo eſt de penitentia in/
iuncta pro venialibus ad quam nō
tenetur de neceſſitate ſm Thomā.
Idem ſi penitentiam iniunctā pro
mortalibus dimitteret ex impoſſi/
bilitate:puta infirmitate ⁊ huiuſ/
modi. Poſſet tamen penitentia in/
iuncta ab vno cōfeſſore mutari ab
alio cui confiteretur: etiam ſine au
dientia peccatorum illoꝝ pro qui/
bus erat impoſita ſm Pe.de palu.
De hoc vide infra.

¶ Tertius caſus eſt ſm Pe. Tho.
Ray. ⁊ Hoſtieñ. eſt ex parte confeſ/
ſoris:quando videlicet eſt notabi/
liter ignorās ſacerdos:ita ꝙ neſcit
diſcernere inter mortale et veniale
de cōmunibus peccatis:⁊ precipue
cum penitens habet caſus intrica/
tos ⁊ difficiles. Concor. Duran. et
addit:Et hoc niſi penitens ſit peri
tus ⁊ inſtruat ꝯfeſſorem. Cum aūt
vadit ad eum quem ſcit ideotam ⁊
ignorantē tenetur iterare. Hec Du
ran. Quod videtur intelligendum
qn̄ poteſt alium habere ſufficientē
Nam ſi alium habere non poteſt et
multomagis qn̄ eſt ī periculo mor/
tis poteſt ⁊ debet cōfiteri ei quem
habet. Unde Aug. dicit de pen. di.
vj. Qui vult confiteri vt inueniat
gratiam ſacerdotem querat ſcien/
tem ſoluere ⁊ ligare.

¶ Quartus caſus eſt ex parte con
feſſoris. eſt autem in impotētia ab/
ſoluendi ſm Pe. Tho. Ray. ⁊ Hoſt.
Quod poteſt eſſe dupliciter ſm Pe
trum de palu. ⁊ Duran. Vel qa ha/
bet poteſtatem artatam abſoluen/
di:quia ſcȝ ab aliquibꝰ peccatis nō
poteſt abſoluere ſuperiore reſeruā/
te ſibi illos ⁊ tamen ab illis de fa/
cto abſoluit. Et confeſſus illi cum
ei conſtat tenetur iterum confiteri
non quideȝ omnia ſm Petrum de
palu. ſed illa tm̄ de quibus non po
tuit abſoluere. Aut hoc eſt qa nul/
lam habuit poteſtatem. ⁊ hoc quia
non erat ſacerdos quāuis reputa/
retur. vel quia nō ſubditus. vel qa
intruſus. aut quia excōmunicatus
vel ſuſpenſus ab officio hmōi. ⁊ ab
ſolutus a tali cum illi hoc conſtat
tenetur iterum confiteri:quia rea/
liter non eſt abſolutꝰ. quāuis igno
rantia facti excuſet eum in conſpe/
ctu dei ac ſi eſſet abſolutuſ dum ne
ſcit ſm Tho. in quodlibet. Sed Pe
trus de palu. in. iiij. di. xvij. q. vj. ſic
diſtinguit ⁊ notabiliter:qa aut im
pedimentum quod habet abſoluēs

eſt iuris diuini vel humani. ¶Si iuris diuini: videlicet quia nõ fuit baptizatus talis vel nõ ordinatus ⁊ in hoc caſu abſolutus a tali tenetur iterum confiteri hoc ſcito. nec papa poſſet de contrario diſpenſare. ¶Si vero impedimentũ eſt iuris humani: puta quia ſuſpẽſus eſt vel excõmunicatus ⁊ hmõi. tunc impedimentum aut eſt notoriũ aut occultum. Si notorium: puta qa manifeſte vel publice verberauit clericum propter quod eſt excõmunicatus notorie aut manifeſte intruſuſ ſcꝫ propter conceſſionem ſeculariũ poſitus in eccleſia curata ⁊ non per canonicam conceſſionem propter quod titulum non habet. nec poteſtatem ſuper parrochianos illiꝰ eccleſie: ⁊ talis confeſſus iſti tenetur iterum confiteri hoc ſcito. Si vero impedimentum eſt occultum: tunc aut confitẽs ſcit illud impedimentum aut neſcit. Si ſcit cõfitendo illi tenetur iterum confiteri ⁊ peccat mortaliter cõmunicando illis diuinis. Sed ſi neſcit impedimentum quod etiam alijs occultuꝫ eſt. ⁊ hoc ignorantia facti: puta percuſſerat clericum nullo vidente: tunc nõ tenetur iterare. argumentum ad hoc de ſcientia ſerui qui liber putabat̃ publice que rata eſt. Sed ſi hoc neſciret ignorantia iuris: puta quia ſcit illũ percuſſiſſe clericũ ſed credit nihilominus ipſum poſſe audire confeſſiones nõ excuſat̃ propter hoc quin teneatur iterare cõfeſſionem ſm Pe. de palu.

¶Quintus caſuſ in quo quis tenetur iterare confeſſionem ſm Pe. de palu. vbi. ſ. eſt impedimentum ex parte confitentis ſcitum vel oblitũ vel ignoratum probabiliter: puta quia erat excõmunicatus maiori vl' minori excõmunicatione licꝫ neſciret ⁊ cum poſtea ſciuit tenetur iterum confiteri abſolutus: quia ligatus excõmunicatione abſolui non potuit a peccatis. ⁊ probabiliſ ignorantia preſeruat a culpa ⁊ a pena irregularitatis ſed non facit eum nõ eſſe excõmunicatum propter quod ſi tunc eligeretur vt ſibi beneficiuꝫ conferretur ignorantia nõ faceret ꝙ ſibi aliquod ius acquireretur. c. apoſtolice. extra de cle. ex. mi. Eſt autem minus capax ſacramentorũ a quorum participatõne directe excluditur ꝙ̃ quorumcunqꝫ aliorum ⁊ ideo abſolutio nulla. Et dicit idẽ Petrus ꝙ in hoc caſu etiam in aliis in quibus tenetur quis iterare confeſſionem ſi confiteretur eideꝫ non oporteret iterare peccata explicite ſed ſolum implicite dicẽdo: peccaui in illis que al's vobiſ dixi ſicut ſi nulla fuiſſet abſolutio de facto.

Dilata enim abſolutio per multos
dies fieri poteſt etiam ſi ipſe oblitꝰ
fuerit: dum tamen penitẽtia ei pri/
us innotuerit: quia ſi non taxaſſet
penitẽtiam tum oportet ad memo/
riam reducere vt moderaretur iu/
ſte propter quod remittens ad epi
ſcopum ſi non abſoluat debet peni
tentiam innoteſcere quam poſt re/
ditum abſoluens iniungit dicens:
facias quod tibi dixi: q̄a ligari de/
buit anteq̄ꝫ abſolueret ita ⁊ in pro/
poſito. Hec Petrus. Guil. etiam di
cit ꝙ penitentia non requirit tan/
tam continuitatem agendorum et
dicendorum ſicut alia ſacramenta.
ſed in vna die poteſt fieri pars cõ/
feſſionis ⁊ in alia die altera. vel in
vna die cõfeſſio audiri ⁊ in alia im
pendi abſolutio ⁊ iniungi peniten
tia peccatorum.

¶ Sextꝰ caſus eſt q̄n quis facit cõ/
feſſionem in mortali ſeu ſine ꝓpoſi
to abſtinendi. Sed quia iſte caſus
hẽt varias opiniones ⁊ ſatis diffici
les ſic declarabit̃ in ſequenti. §.

¶ An valeat confeſſio ab incontri/
to facta vt eam iterare non oporte/
at. §. v.

Na ex conditionibꝰ confeſſi/
onis eſt ꝙ ſit lachrymabilis:
id eſt cum dolore ſeu diſplicẽtia de
peccatis ſaltem ſm rõnem. Vñ que
runt doctores: Utrum confeſſio fa
cta a nõ contrito: q̄a ſcꝫ non dolet
ſufficienter vel nõ ꝓponit abſtine
re a peccatis: valeat: ita ꝙ non te/
netur eam iterare. Et rñdet Pet.
de pal. in. iiij. di. xvij. ꝙ ad arg. hoc
eſt triplex modus dicendi.

¶ Primꝰ eſt ꝙ nõ valeat ad remiſ/
ſionẽ culpe nec pene. nec tunc nec
recedente fictiõe. vñ et tunc tenet̃
iterare. Et hec opi. Goff. in quodli
bet. Ray. ⁊ Hoſti. in ſumma Bona/
uen. in. vij. Duran. Rob. Olchor.
Uincen. in ſpe. hyſtoriali.

¶ Secundus modus dicendi eſt ꝙ
talis confeſſio valeat ad remiſſio/
nem culpe q̄n impenitens ꝯfitetur
⁊ abſoluit. lꝫ tunc non recipiat fru/
ctũ confeſſionis: tñ recedente ficti/
one recipiet ſicut dicitur de bapti/
ſmo. Et ratio huius forte eſt: quia
ſicut ĩ baptiſmo imprimit̃ caracter
ad quem recedente fictione ſequit̃
gratia: ita in penitentia imprimit̃
quidam ornatus ad quem receden
te fictõne ſequit̃ gratia. Et hec eſt
opi. Tho. Pe. Ri. in. iiij. Jo. ⁊ Bern
in glo. videtur etiam eſſe de pe. di.
i. c. menſurã. §. ſequẽti. Dicit enim
ꝙ non eſt neceſſe ꝙ peccata que ſe/
mel ſacerdoti confeſſi ſumus eadẽ
denuo confiteamur.

¶ Eſt ⁊ tertius modus dicendi cõ
cordans amboſ. Aut enim talis nõ
habet intentionem cõfitendi ſacra

mentaliter ⁊ abſoluēdi ſed deridē/
di·aut habet intentionem cōfiten
di·In primo caſu nō liberaẜ a pre/
cepto diuino de confeſſione: quia
ſine intentione nō poteſt ſuſcipi eſ/
ſentia ſacramenti quod conſiſtit in
viſu. Unde tenetur iterum confite
ri·Si aūt intendit tunc diſtinguen
dum eſt: qa intendens implere pre
ceptum ⁊ ſuſcipere verū ſacramen/
tum qd eccleſia cōfert aut nullā ha
bet penitentiaꝫ de ſuo peccato aut
aliquam·Si nullam: tunc peniten/
tie ſacramentū non ſuſcipit: qa po/
teſtas hmōi ſacramenti eſſentialis
que conſiſtit in actu ſuſcipiētis eſt
actus interior·vnde ſine eo nō eſt:
ſicut non eſſet matrimonium ſi qs
intēderet verum ſacramentū ſuſci/
pere: non tamen conſentire niſi in
carnalem copulā ⁊ ad tempus· ſed
ſi aliquam habet penitentiā de pec
catis ſuis: tunc iterum diſtinguen
dum eſt: quia aut taleꝫ habet peni/
tentiam ꝙ ſufficit cum ſacramēto:
puta attritus accedit ad confeſſio/
nem: ex quo fit ibi cōtritus vi claui
um. vnde fugaẜ fictio ⁊ ſic non ha
bet dubiū: quia ⁊ ſacramentū ſuſci
pit ⁊ effectum eius: ſcꝫ remiſſioneꝫ
peccatoꝝ· vnde non teneẜ iterare·
⁊ ſimiliter īmo fortius ⁊ accedit cō
tritus·Si vo habet talem peniten
tiam ꝙ non ſufficiat cū ſacramen/
to ad gratiam: quia nec etiaꝫ attri/
tus accedit tunc eſt vera opi· Tho
ſcꝫ ꝙ recedente fictione tunc inci/
pit valere confeſſio ⁊ non tenetur
confiteri niſi fictionem ſuam: puta
ſi habuit quendā dolorem imperfe
ctum ſed non ſufficienter diſcuſſiſ
ſet conſcientiam ſuam· putabat au
tem diſcuſſiſſe quantū ſufficiebat
vel ſi dolebat de peccato p̄terito nō
proponēs cauere in futuro aut ecō/
uerſo· vel dolor nō erat maximus ſi
cut debebat: ipſe tamen ſm conſci/
entiam ſuam non erat fictus· lꝫ ſm
veritatem eſſet· et ſic nihil celauit
quod crederet mortale et per conſe
quens ſm ſuum iudicium contur/
bat omnia que erant neceſſaria· po
ſtea autē certificatus de errore ſue
conſcientie penitet de illo defectu·
¶ Poteſt igitur opi· Tho· multis
modis ſaluari· Uno modo loquen/
do de eo qui fict⁹ eſt priuatiue nō
poſitiue: quia ſcilꝫ habet dolorem·
ſed ita imperfectum ꝙ nec cum ſa/
cramento actu ſuſcepto ſufficit ad
contritionem: nihilominus tamen
hanc imperfectiōem que eſt fictio
non ꝯfitetur: quia credit eſſe ſuffi/
cienter diſpoſit⁹· ⁊ ſic non ſcienter
celat peccatū quod fuit in hoc: qa
ſcꝫ non examinauit conſcientiā ſu/
am ſicut debuit et ſic ꝙ erat error
iuris diuini nō tollit fictionem re/

ſpectu vltimi effectus ſacramenti:
qa improbabilis vñ nõ excuſat. ſed
tñ eoipſo quo erroꝛ tollit fictiõez q̄
excluſit eſſentiam ſacramẽti. vnde
verum ſacramentũ fuit. Tali ergo
qui verũ ſacramentũ ſuſcipit oꝛna/
tus impꝛimitur ſed gratia non da/
tur ſed poſtea quando redit ad coꝛ
⁊ recolit ſe non bene feciſſe debitũ
ſuum ex negligentia ſua oblitum:
tunc incipit valere confeſſio ⁊ non
tenetur confiteri illa que pꝛius cõ/
feſſa fuit ſicut fictus: qa nõ fuit di
midiata ex intentione ſed ſolum il
lam fictionem tenetur iterum con/
fiteri. Si autem fuiſſet fictio poſiti
ue: quia ſcilicꝫ non dolet ⁊ ſcienter
celat. fuiſſet cõfeſſio nulla. vel ſi cõ
feſſus fuiſſet non debuiſſet ſibi da
ri abſolutio: ſed ſi data ei fuit dubi
um eſt vtrũ oꝛnatus ſit impꝛeſſus.
quo caſu Tho. non põt intelligi.
¶ Secũdo mõ poteſt intelligi opi.
Tho. qñ eſt poſitiua fictio quantũ
ad hoc ꝙ non dolet nec ꝓponit abſ
tinere: tunc iſta fictio non occurrit
ſibi vt confitenda nec actu cogita/
uit ꝙ teneat̃ eam cõfiteri. tũc enim
ſicut de peccato quod occurrit cui/
dam ſed non credit ꝙ ſit peccatum
aut ꝙ ſit moꝛtale et de neceſſitate
confitendum perinde eſt ac ſi fuiſ/
ſet oblitus per negligentiã nec fe/
ciſſet debitũ ſuum de ſcrutando cõ
ſcientiam ſuã. in quo caſu ſolum il
lud confitendum eſt ⁊ eſt verum ſa
cramentum: lꝫ ſit hic ignoꝛantia iu
ris diuini. Et hoc modo poteſt ſu/
ſtineri dictum Thome. xxij. di. ar. j
in ſolutione vltimi argumenti. vbi
dicit ꝙ ignoꝛantia iuris diuini nõ
excuſat a fictione. Et ſic talem vo/
cat fictum.
¶ Tertio mõ poteſt ſuſtineri opi/
nio Tho. loquendo de illo qui ꝯfi/
tetur eidẽ cui pꝛius ⁊ tunc nõ opoꝛ
tet iterare ꝯfeſſionem pꝛimã factã
⁊ lꝫ fictam etiã ſi ipſe ſacerdos non
recoleret peccata pꝛius ſibi dicta:
quia nec quãdo ꝯfeſſio integra eſt
opoꝛtet ꝙ recolat actu a pꝛincipio
vſqꝫ ad finem. ⁊ maxime quia ſuffi
cit ſcꝫ abſoluere ab omnibꝰ ⁊ iniun
gere penitentiam pꝛo fictõne ⁊ pꝛo
alijs ꝙ tunc faciat penitentiam ſi/
bi iniunctam. Item paulo poſt di/
cit idem ipſe Pe. de palu. ꝙ cum cõ
fitens expꝛimit fictionez ſuam: pu/
ta dicit ſe nõ poſſe vel non velle ꝓ
ponere abſtinere in futurum quez
abſoluit ſacerdos: quamuis nullo
modo debeat abſoluere. al's pecca/
ret abutens claui. nec valeret ſibi
tunc illa abſolutio: tñ ex quo inten
dit abſoluere ⁊ ſacramentum verũ
conferre videtur ꝙ cõferat ⁊ ſi tũc
non habet effectum propter illius
indiſpoſitiõem: habebit tamen po

ſtea quando cõteretur vel expecta-
tione vel diſpoſitõe ornatu manen
te. Et ſi dicat̃ ꝙ quãuis ſit ibi for-
ma non tamen materia . ergo non
eſt ſacramentum. materia enim eſt
peccatorum contritus. Dicendum
ꝙ qñ ſibi ſua fictio non occurrit vt
confitenda tunc nõ eſt confeſſio di
midiata ꝛ quando ſuam dicit ficti
onem cũ aliis peccatis eſt confeſſio
integra. Et ſic materia perfecta cui
materie poteſt imprimi forma qđ ſi
fiat verum ſacramentũ erit quãuiſ
fieri non debeat: ſicur ſacerdos ha-
bens hoſtiam ſuper altare pollutũ
nõ deberet qdem celebrare ſi tñ ce-
lebrãdo verba ꝓferret eucbariſtia
vera eſſet. Peccator enim eſt mate-
ria ſed ĩmunda niſi ſit ſaltẽ attrit?
vel ꝯfeſſio ſine attritione eſt mate-
ria imunda. Hec Pe. de palu.

¶De attritione ꝛ contritione.

T qꝫ dictũ eſt de contritiõe
ꝛ attritione quõ penitens ſu
per ipſis debeat inſtrui a confeſſo-
re ideo de ea clarius dicendũ eſt.
¶Nota ergo ẜm Tho. i. iiij. di. xvij
ꝙ differentia eſt inter attritionem
ꝛ contritionẽ. Nam attritio impor
tat quandã diſplicentiam de pec-
catis ſed imperfectam. vnde attri-
tum. i. aliquo modo tritũ. Sed con
tritio importat perfectã diſplicen-
tiam de peccatis. vnde contritum
id eſt ſimul totũ tritum ꝛ in pulue-
rem redactũ. Eſt aũt contritio ẜm
Pe. iiij. di. xvij. dolor voluntarie aſ
ſumptus pro peccatis cũ propoſito
confitendi ꝛ ſatiſfaciendi volunta
rie. Et ẜm eundeꝫ ea. di. oportet ꝙ
cõtritio habeatur de omni peccato
mortali. ꝛ ratio eſt: qꝛ in omni pec
cato mortali eſt actualiſ auerſio vo
luntatis a deo. Et qꝛ contraria cõ
trariis curant̃: ideo oportet ꝙ ĩ om
ni remiſſione peccatoꝝ ſit actualis
cõuerſio ad deũ ꝛ auerſio a peccato
ꝛ hoc dicit ꝯtritio. De peccatis aũt
oblitis ſufficit contritio generalis
cũ conatu ad recordandũ ꝛ dolen-
dum. dolere etiã debet de obliuiõe
peccatoꝝ q̃ conting it ex negligen-
tia. Si aũt querat̃ ſi ſpecialis ꝯtri-
tio de quolibet peccato reqrat̃ vel
ſufficiat vna generalis pro oĩbus.
Sic reſpondet Tho. in. iiij. di. xvij
ꝙ quantũ ad principiũ contritiõis
ſcꝫ cum quis de peccatis ſuis cogi-
tans dolet. ꝛ ſic non dolore contri-
tionis ſaltẽ dolore attritõnis opor
tet ꝙ ſit ſpecialis dolor de peccatis
q̃lquis habet in memoria ſed quan
tum ad terminum qui eſt dolor iã
gratia informat? ſufficit ꝙ ſit vna
cõmunis contrio de omnibus. tũc
eni m motus ille agit virtute omni
um diſpoſitionum precedentium.

Et quia nemo ſcit vtrū habeat gra
tiam que requiritur ad contritionē
ideo nemo poteſt eſſe cert? de ſua
contritione: nec per conſequens de
de remiſſione. Et dicit Ric. in. iiij.
di. xvij. ꝙ ſi cōfitens in peccato mor
tali eſt attritus de ſuo peccato vt
probabiliter poſſit preſumerē ſe eſſe
diſpoſitum non peccat abſolutionē
recipiendo: imo frequenter virtu
te clauium per ſuſceptōnem abſolu
tionis formatē ſua attritio ꝛ fit con
tritio. ¶ Itez nota ꝙ duplex eſt cō
tritionis dolor ſm Tho. ꝛ Pet. in
iiij. di. xvij. ſcz intellectualis: q eſt
quedam perfecta deteſtatio pecca
ti ſm rationem ꝛ dolor ſenſibilis: q
eſt dolor excitatus in parte ſenſiti
ua cum altercatiōe ꝛ afflictione cor
poris. Primus dolor requiritur de
neceſſitate ad remiſſionem peccati
ꝛ ille etiam ſolus eſt ſufficiens: qa
ſicut peccatum mortale ſufficiēter
cōmittitur per ſolum actum volun
tatis ꝛ per complacentiam delibe
ratam rationis: ita ſufficienter de
ſtrui poteſt per deteſtationem vo
luntatis ꝛ diſplicentiam rationis.
ꝛ hoc eſt etiam in poteſtate noſtra
preſuppoſita gratia. Secundus do
lor. i. ſenſibilis etiaz valet ad remiſ
ſionem peccati ſed non eſt neceſſa
rius ſed de perfectione contritio
nis nec eſt in poteſtate noſtra etiā
preſuppoſita gratia. Item dolor in
tellectualis non poteſt eſſe nimius
ſicut nec caritas a qua procedit po
teſt eſſe nimia: ſed ſenſibilis poteſt
eſſe nimius. ꝛ ideo oportet ꝙ ſuma
tur pro menſura debita ad conſer
uationem ſubiecti: ſicut ex ieiunijs
ꝛ alijs afflictionibus corporis. Itē
nota ſm Tho. in. iiij. di. xvij. ꝙ ve
ra contritio ſemper debet remane
re in habitu: id eſt ꝙ ſemper debet
habere iſtam diſpoſitiōem ꝙ quan
do recordatur de peccatis cōmiſſis
habeat diſplicentiam ſm rationez
Item ſm Pe. in. iiij. di. xvij. dolor
maior intellectualis debet eſſe de
maiori peccato habitualiter nō ac
tualiter ſi conſiderētur peccata in
cōmuni inquātuz ſunt offenſa dei
ſed etiam in ſpeciali dolor debet eſ
ſe maior de maiori peccato: qa ma
iorem rationem doloris habet ma
ius peccatum. Dolor vero ſenſibi
lis conueniens etiam eſt vt ſit ma
ior de maiori quāuis non ſit de ne
ceſſitate. Item ſm Tho. in quodli
beto ꝛ Inno. contritus debet ma
gis diligere deum ꝙ̄ ſeipſum. Cul
pa autem eſt cōtra deum pena vo
eſt contra ſeipſum. Ideo debet con
tritus potius eligere omnem penā
ſuſtinere ꝙ̄ deuz offendere. Deſcen
dere autem ad hanc penam vel ad
aliam nō tenetur immo faceret: fa

tue deſcendendo ad iſta particularia vel alium ſuper hoc ſollicitãdo.

¶Sexdecim conditiones que requntur in omni bona confeſſione.

Ponit autem Tho. in. iiij. di. xvij. q͂ confeſſio bona debet habere ſexdecim conditiões que in his continentur verſibus: Sit ſimplex. humilis. confeſſio. pura. fidelis. Atqȝ frequens. nuda. diſcreta. libens. verecunda. Integra. ſecreta lacrymabilis. accelerata. Fortis et accuſãs. ꝛ ſit parere parata. Sit ſimplex. i. non recitet in confeſſione niſi id quod pertinet ad declarationem ſui peccati ꝛ etiã quantitatem ꝛ non alie hiſtorie miſceantur. Sit humilis: vt ſe miſerum ac peccatorem cognoſcat ſine fictione. Pura id eſt recta intentiõe. i. vt nõ reputetur bonus vel laudetur ab homínib⁹. Fidelis. i. vera ꝛ ſine vlla falſitate vt nõ dicat que non fecit. vel etiam habeat fidem de remiſſione peccatorum ſuorum ſi vere ipſuȝ penitet. Atqȝ frequens. i. ſepe confiteatur. iſtud tñ eſt de bene eſſe ꝯfeſſionis ꝛ non de neceſſitate. Nuda: vt ſcȝ non inuoluat obſcuritatem verborum: ſed dicat verba vt intelligatur peccatum ſuum cũ circumſtantijs ſaltem neceſſarijs. Diſcreta: vt maiora cum maiori pondere dicat vel nõ plura ſimul ſed diſtincte loquendo ꝛ dicendo numerum ſi fieri vel ſcire poteſt vel etiã vt diſcreto ꝛ ſufficienti ac perito ꝯfeſſori cõfiteatur peccata ſua. Libens: volũtaria non coacta timore verborum: vt pueri vel timore penaꝝ temporalium vel infernaliũ principaliter Verecunda: vt erubeſcat ꝛ nõ ſe iactet vel mente glorietur propter ſeculi vanitatem aliquam ꝛ precipue ibi confundatur ratiõe reſpectu diuine maieſtatis offẽſe. Integra: vt nihil retineat de his que cõmiſit: precipue de mortalib⁹. Secreta: vt non publice ſed occulte dicat ſacerdoti peccata ſua qui eum poſſit abſoluere. Lachrymabilis: vt doleat de peccatis cõmiſſis et deteſtẽt ea ſaltem intellectu rationis. Accelerata: vt q̃citi⁹ poteſt cõmiſſio peccata confiteatur. hoc tñ eſt de bene eſſe. Fortis: vt nihil dimittat ꝑ verecundia ꝛ accuſans ſe ꝛ non alios nec in confeſſione ſe excuſet ꝛ alios inculpet. Et ſit parere parata. i. adimplere penitentiam ſibi iniunctã ꝛ facere ea que habet neceſſario facere vt aliena reſtituere ſi habet et huiuſmodi.

¶Explicit ſecũda pars que eſt de ſcientia que reqritur in confeſſore.

❡ Incipit pars tertia de bonitate confeſſoris: ꝛ primo qualiter confeſſor duo debet habere· ·timoreꝫ dei ꝛ zelum animarum ·§.i.

E bonitate cōfeſſoris in ſe ꝛ ī exercitio talis officij dicit Aug· de pe·di·vj·c. qui vult confiteri· Sacerdos ante queꝫ ſtatuit omnis languor in nullo illorꝫ ſit iudicandus qui in alio iudicare eſt promptus· Judidicans enī alium qui eſt iudicandus condemnat ſeipſum. Cognoſcat igitur ſe ꝛ purget in ſe qđ videt alio ſibi offerre ·curet vt a ſe proijciat quicq̄d in alio damnoſuꝫ reperit· animaduertat quidē quod dicit: Qui ſine peccato eſt veſtrum ꝛc· Ideo enim liberauit peccatricem: qa non erat qui proijceret lapideꝫ. quō lapidaret q̄ ſe lapidandū cognoſceret· Nullus enim erat ſine peccato in quo intelligitur oēs fuiſſe reos·nam venialia peccata ſemper remittebant per cerimonias· Si qđ ergo peccatū in eis erat criminale erat· Deteriores ergo in hoc ſunt ſacerdotes ſe pri⁹ nō edificantes illis qui dn̄m obſeruabant inſidijs Aug⁹· Scđm enim Tho.ꝛ Alb·audiens ꝯfeſſionem cū cōſcientia mortalis peccati mortaliter peccat. tn̄ effectum ſacramēti confert cum ſacramēto ſi nō eſt preciſus vel ſuſpēſus quantūcūqꝫ al's malus· Un̄ Aug·i q·i.c. dictum eſt a dn̄o Nume·ad Aaron: Uos ponite nomen meū ſuper filijs iſrael ꝛ ego dn̄s benedicā eos vt gratiam traditam per miniſteriū ordinari tranſfundāt hominib⁹. nec voluntas ſacerdotis ꝓdeſſe vel obeſſe poteſt·ſed meritū benedictōis poſcentis· Qꝫ aūt dicit ea·q. Remiſſioneꝫ peccatorꝫ non dant auari ꝛ ſil'ia intelligitur ſm glo·vel ſimpliciter de preciſis· Uel ſi intelligatur de toleratis: tales non dant ex merito vite·i·non ſunt digni dare·

❡ Duo debet habere confeſſor·

Ebet aūt ꝯfeſſor precipue habere duo·ſ·timorē· vn̄ ſit circumſpectus·ꝛ zelum animaꝝ· vn̄ ſit ſollicitus circa ea q̄ neceſſaria ſunt

❡ Quantū ad primū cōſiderare debet ꝙ ipſe eſt mare eneū in templo dn̄i·vbi lauabunt ſacerdotes ꝛ leuite animalia offerenda in ſacrificiū Unde ex īmūdicijs a quib⁹ illa abluebantur efficiebantur immūdi· Unde Greg·in paſtorali dicit ꝙ fit plerunqꝫ vt animus paſtoris audita tentatione ouis ꝛ ipſe tenet· Et ideo cū timore ꝛ tremore debet poni ꝛ non ſe ingerere ꝛ cū leuitate ꝛ cum riſibus inſtare· Unde in figuram Moyſes vt dicit Exo·xxviij·

Fecit labium eneū de ſpeculis mulierum in qua lauarentur ſacerdotes ſancta ſanctoꝝ ingreſſuri. ⁊ ſignificat ſcripturam vbi ſunt exempla ſanctaꝝ animarum ad quā debet ſepe inſpicere ad vidēdum maculas ſuas ⁊ intelligendū inſidias diaboli. Unde ſubdit Greg. vbi ſupra: Hec nequaquam ſunt timēda paſtori: quia deo penſante cuncta ſublimiter tanto facilius liberatur quis a ſua quāto misericordius tentatione fatigatur.

¶ Quantum vero ad zelum dicit Greg. ꝙ nullum ſacrificiū ita deo acceptum eſt vt zelus animaꝝ. Et fructum huius oſtendat Jaco. c. v. vbi poſt promulgationes confeſſionis dicit: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie ſue ſaluabit animam eius morte ⁊ caritas operit multitudinem peccatorum. Nō autem minus trahūtur ad deū per confeſſionem anime quando diligenter fit q̄ȝ per predicatores moderno tempore vt experientia docet. Debet ergo nō tardare qui vocatur ad hm̄oi.

¶ Quomodo ſe habere debeat confeſſor erga penitentem ⁊ de quibus interrogandum eſt in confeſſione. ⁊ ibi verſus decem preceptoꝝ decalogi. ⁊ verſus. vij. peccatoꝝ mortalium. ⁊ ꝙ in confeſſione debet tria obſeruare interrogādo ꝯfeſſor. §. ij

Jcit Aug. de pe. di. vj. c. i. poſt mediū: Diligens inquiſitor. ſubtilis inueſtigator ſapienter et quaſi aſtute interroget a peccatore q forſitan ignorat vel pre verecundia vellet occultare. Cognito autē crimine varietates eius nō inueſtigare dubitet ⁊ locū ⁊ tp̄s ⁊c̄. quib⁊ cognitis adſit beniuolus paratus corrigere ⁊ ſecū onus portare. dulcedinē in afflictiōe. pietatem in alterius crimine. diſcretionē in varietate. adiuuet ꝯfitentem orando et alia pro eo bona faciendo. ſemꝑ iuuet leniendo. conſolando. ſpem promittendo. ⁊ cum opus fuerit etiā increpando. doleat loquēdo. inſtruat operando. ſit particeps laboris ſi vult eſſe particeps gaudij. doceat pſeuerantiā. Hec Aug. Ex his verbis Aug. patet ꝙ nō ſufficit audire ꝯfeſſionem eoꝝ que ſibi dicuntur a peccatore. ⁊ ip̄m non interrogare: niſi eſſet pſona in his bene perita ⁊ ſcientiata que ſufficienter ſcit dicere que oportet. Sed cū pſone cōiter ſint groſſe in iſtis: etiā ille que ſunt in alijs negocijs mūdi vel ſcientijs acuti. ideo permittendū eſt dicer̄ vnicuiqȝ id quod vult ⁊ eo ordine quo vult ⁊ de peccatis q̄ per ſe ſufficienter dicit nō eſt iterū interrogandus ne moleſtes eum in quo

non opoꝛtet·ſed ſi aliquod non be
ne intellexiſſet:pꝛecipue de moꝛtali
bus faciat ſibi iteꝝ declarare vt me
lius intelligat.De his ꝟo que non
plene:puta dixit circūſtantias ne/
ceſſarias vel numeꝝ interroga eū
de his vt plene dicat quantum eſt
neceſſarium·De illis ꝟo peccatis q̄
non dixit nec ſcit per ſe dicere in/
terroga eum·

¶Quo oꝛdine debeant fieri inter/
rogationes ⁊ de quibus·

Ed Rayꝫ· ⁊ Hoſti·in ſum. di/
cunt ꝙ interrogationes fieri
debent de ſeptem vitijs capitalibꝰ
⁊ eoꝝ ſpeciebꝰ filiabus·de quibꝰ ha
bes ſupꝛa diffuſe in·ij·parte ꝑ totū
non tñ eſt intetrogandū de oībus
ſed plus ⁊ minus ſm ꝯditionē per/
ſonaꝝ·Sicut aūt qui confitetꝛ non
habet neceſſe tenere magis vnū oꝛ
dinē ꝙ aliū dicēdo peccata ſua ita
nec ꝯfeſſoꝛ interrogādo.tñ ad meli
us memoꝛie cōmendandū de qui/
bus debet interrogre ⁊ de quibus
iam īterrogauit ne amplꝰ habeat
triplicare congruum eſt tenere ali
quē oꝛdinē· ⁊ ſi placet interrogare
de pꝛeceptis q̄ cōtinentꝛ in his ver/
ſibus:Unū cole deum.nec iureſ va
na per ipſum·Sabbata ſanctifices·
habeas in honoꝛe parentes· Nō oc
ciſoꝛ eris.fur·mechꝰ·teſtis iniquꝰ·
Nō vlli nuptā nec rem cupias alie/
nam·Declarationem hoꝝ verſuum
habes infra· Poſt ꝟo interrogatio
nem ſuper decem pꝛeceptis ꝯueni/
ens erit interrogare ſuper ſeptē vi/
tijs capitalibꝰ que in hoc verſu cō/
tinentur· Ut tibi ſit vita ſemper ſa
ligia vita. In iſta dictione Saligia
ſunt ſeptem lr̄e ex quibꝰ incipiunt
nomina ſeptem capitaliū victoꝛū·
Per·S·ꝟo intelligitꝛ ſuperbia · ſub
qua compꝛehenditur vana gloꝛia·
per·A·auaritia·per·L·fetida luxu/
ria·per. J·inuidia·per.G·gula·per
J·ira.per·A·accidia· Sed antequā
interroget de peccatis pꝛius que/
rat de excōmunicatione maioꝛi· et
ſi inuenit eum aliqua ſententia ir/
retitum ſi habet auctoꝛitatez ſuper
hoc abſoluat pꝛius· Si ꝟo non ha/
bet auctoꝛitatem remittat ad eum
qui poteſt eum abſoluere·

¶In interrogatiōibꝰ fiendis tria
debent obſeruari·

Homas in·iiij·dicit ꝙ cōfeſ/
ſoꝛ tria debꝫ obſeruare in in/
terrogationibꝰ fiendis· ¶Pꝛimuꝫ
eſt ꝙ non interroget oēs de omibꝰ
ſed īterrogentꝛ perſone de peccatis
q̄ conſueuerūt reperiri in homini/
bus illiꝰ conditiōis ⁊ ſtatus:vt ſti/
pendiarij de rapinis ⁊ incēdijs·cle
rici de ſymonia ⁊ hoꝛꝛ omiſſis·ado
leſcentuli de luxurijs ⁊ hmōi· Un/
de a pꝛincipio confeſſionis decens

eſt interrogare confitentem de cō/
ditione ſua de exercitio ⁊ ſtatu. an
clericus· an laicus · an ſolutus vel
cōiugat⁹ ⁊ hmōi· vt prudentius in
de poſſit formare interrogatiōes ⁊
quantū eſt tpis ꝙ fecerit vltimā cō
feſſionem et ſi fecit penitentiā ſibi
iniunctā· ⁊ vtꝝ in ſtatu grē vel pec
cati mortaliſ· ¶Secundū qđ debet
obſeruare ꝯfeſſor eſt vt īterrogent̄
ipſi a remotiſ de peccatis ⁊ in gene
re nō in vltima ſpecie ⁊ modo pec/
cati ſubito: vt ſi neſciebat tale pec/
catū cōmittere illud addiſcat· ⁊ ſic
inducatur in temtionez: verbi gra/
tia: Si fatetur ſe cōmiſiſſe vitiū lu
xurie: non ſtatim interroget cōfeſ/
ſor ſi ſeipſum ſuis manibus polluit
⁊ hmōi: ſed ita paulatim īterroget
de modo ⁊ circumſtantiis talis pec
cati commiſſi ⁊ huiuſmodi· ¶Ter
tium eſt ꝙ in peccatis carnalibus
non deſcendatur nimis ad particu
lares circumſtantias nō neceſſari/
as: quia hoc eſt ſeipſum in tentatio
nem inducere ⁊ ad inuentionē pec
catorum docere eos qui ignorant·
⁊ aliquando poſtea talia referunt̄
in plateis in deriſum ⁊ ſcandalum
ſacerdotū· verbi gratia: Si vir fate
tur polluiſſe mulierez extra vas de
bitum non vlterius querant cōfeſ/
ſores in qua parte corporis et quo/
modo: quia iam habet vltimā ſpe/
ciem peccati· Alias vero turpitudi
nes quas miſeri homines inueni/
unt ipſimet ſi volunt exprimant.

¶De circūſtantijs peccatoꝝ et ibi
verſus earū· ⁊ ꝙ circumſtātie ſunt
in quintuplici ſpecie· §· iij·

Ed nota ꝙ confeſſor non ſo/
lū debet interrogare de mor
talibus ſed etiam de circumſtanti
is que aggrauant vel alleuiant. vñ
Inno· in· c· omnis· de peni· ⁊ re· di/
cit: Sit diſcretus ſacerdos et cau/
tus vt more periti medici ſuperin/
fundat vinum ⁊ oleum vulneribus
ſauciati diligenter inquirēs pecca
ta ⁊ eorum circumſtantias quibus
diligēter ⁊ prudenter inquiſitis in
telligat quale ei prebere debeat cō
ſilium et cuiuſmodi remedium de/
beat adhibere diuerſis vtendo ex/
perimentis ad ſanandum egrotuz·
Hec ibi · At illud facit quod dicit
Auguſtin⁹ de circumſtantijs pec/
catoꝝ de pe· di· v· c· conſideret qua/
litatem criminis in loco· in tempo/
re· in pſeuerantia· in perſone varie
tate quali hoc fecerit intentione et
ipſi⁹ vitij multiplici executōe· Om
nis iſta varietas confitenda eſt et
deflenda · Dolendū eſt nō ſolū qa
peccauit ſed quia ſe virtute ⁊ gra/
tia priuauit· doleat alioꝝ vitam in
ſuam fuiſſe corruptā· ſ· ſuo exemplo

τ cōmodum quod dediſſet p̄rimo ſuo exemplo bono · doleat de triſtitia quam intulit bonis peccando· τ de leticia quam eis non adhibuit· Hec Aug· Que omnia ītellige ſm q̄ declarantur hic· Jllas autem circumſtantias que trahunt peccatū in alteram ſpeciem oportet neceſſario confiteri ſm Tho·Alber. τ alios doctores·Alias eniꝫ circumſtantias confiteri cum ſint peccata venialia perfectioris eſt virtutis non tñ eſt neceſſarium·Pe·de pa·in·iiij di·xvi·dicit q̄ numerus circumſtātiarum comprehenditur hoc verſu Quis·quid·vbi·per quos·quibꝰ·ſ· auxilijs·cur.quotiēs quomodo·qñ Ray·vo addit octauum.ſ·quotiēs. τ vbi in verſu dicit̄ quibꝰ auxilijs ipe dicit per quos·Dicit̄ ergo quis pro varietate perſonarum τ ſtatus etatis ſapientie τ ordinis·Et ſic fuit grauiſſimū peccatum Ade: quia quanto gradus altior tanto caſus grauior τ īgratitudo maior·Quid vtrum malum quia prohibitum vł ex genere ſuo vtrum mortale vel veniale an occultum vel manifeſtum Et quātum ad hanc conditionem grauius fuit peccatum Chayn q̄ꝫ Ade:quantitas enim grauis homicidij grauior eſt peccato gule vel ſuperbie·Ubi:qa in loco ſacro grauius peccatur·Per quos:qa traxit alios ad peccandū qđ eſt propriū diaboli·vł quos poſuit mediatores ad malū perpetrandū:qa peccatoꝝ illoꝝ eſt particeps· vel cū quibꝰ pro quibꝰ τ ꝯtra quos· Quotiens:non ſolū quantuꝫ ad ꝯſuetudinem: ſed etiaꝫ quantū ad numeꝝ: qui numerus refert̄ ad actionem nō ad obiectū actiōis·verbi gratia: Si homo in iniuſta contrectatione accipiat ſaccum plenū mille florenis eſt tm̄ vnum furtum·ſi autē tres florenos accipiat diuerſis actibꝰ ſucceſſiue erunt tria furta: qa in ipſo acto eſt peccatū ſemꝑ eſſentialiter· et ideo non poteſt vnum in pluribꝰ actibꝰ Cur:an ex infirmitate vel ignorātia vel elatione vel quali intentiōe fecerit:qa mortalia peccata trahūt ſpeciem a fine·ideo hoc diligenter eſt explicandum. qui enim furatur vt mechet̄ magis dicendus eſt mechus q̄ꝫ fur: τ tñ vnū peccatū eſt in vno actu ſed habens plures deformitates·Quō:naturali vel innaturali:qa ſemper eſt grauiꝰ in eodeꝫ genere·ſ·agendo q̄ꝫ patiendo·Qñ: ſi in ſacro tp̄e:puta diebus feſtiuis vel alio tempore τ de perſeuerātia in peccato·

¶ Circumſtantie peccatorum confitende ſunt in multiplici genere·

D declarationeꝫ huius·ſ·qñ

circumſtantie peccatorum ſunt cõ/
fitende. ſic dicit Pe. de pal. Circũ/
ſtantie ſunt in quintuplici genere.

¶ Prime ſunt que nõ alleuiant nec
aggrauãt: ſicut ille que nullam im
portant conuenientiam vel diſcon
uenientiam ad rationem nec ex ſe
nec ex ſuſpitione: vt furati cum ma
nu dextera vel ſiniſtra. ꝛ iſtas con
fiteri eſt ſuperfluum.

¶ Secunde ſunt que alleuiant: ſcꝫ
que important conuenientiam: vt
facere malũ ex bona intentione vel
ignorantia. ꝛ iſtas confiteri eſt im
perfectum: niſi timeret ſcandalum
confeſſorum.

¶ Tertie ſunt que important diſ/
conuenientiam ex ſuſpitione: vt fu
rari multũ. ꝛ iſtas confiteri eſt per
fectũ: quia aggrauat peccatũ: niſi
immineret periculũ ſui vel confeſſo/
ris vel alteriꝰ tertij. Sed qa nõ mu
tant ſpeciem nec aggrauant in infi
nitũ nõ eſt neceſſariũ eas confiteri
ſm Tho. Sed Pe. dicit ꝙ ꝗ̃uis iſta
ſit cõis opinio tutior tñ eſt alia. ſ.
vt ꝯfiteat̃ eas. ſ. cũ notabiliter ag/
grauãt. vt furari cẽtum multo gra/
uius eſt ꝙ̃ furari vnum.

¶ Quarte ſunt que aggrauant et
mutant ſpeciem: non tamen in in/
finitum aggrauant: vt qñ vtrunqꝫ
eſt veniale. vel quando primum eſt
mortale ſecundũ veniale: vt in ſpe/
ciebus gule quarũ vna aduenit al/
teri ꝛ ſunt quinqꝫ veniales ꝛ qnqꝫ
mortales. ꝛ iſtas confiteri non eſt
neceſſarium. nec illud eſt cõtra hoc
quod dicit Tho. ꝛ cõmuniter alij:
ſcilicet ꝙ que mutãt ſpeciem neceſ/
ſario ſunt confitende: quia loquun
tur de illis que ſunt mortalia. Ra/
tio autem quare non eſt neceſſari/
um eas cõfiteri eſt iſta: Quare cir/
cumſtantia eſt confitenda neceſſa/
rio: non quia mutat ſpeciem vt pa/
tet in veniali: ſed quia mutat in in
finitum vt patet in mortali. ſed cir
cumſtantia nõ mutans in infinitũ
nunqꝫ aggrauat in infinitũ: quia
intendit penas ꝛ nõ extẽdit. Extẽ/
ſio enim eſt infinita nec põt creſce/
re. ſed intenſio eſt finita ꝛ ſemꝑ po
teſt creſcere. Nulla ergo talis que
non mutat nec aggrauat in infini
tum eſt neceſſario confitenda.

¶ Quinte mutãt ꝛ qñqꝫ aggrauãt
in infinitũ: vt qñ veniali actui: pu/
ta ad gulam ſtudioſe preparatã ad
ditur ebrietas vel notabilis antici
patio hore in ieiunio ſine cauſa.

¶ Sed vtrũ in religioſo ſit morta/
le quod alteri eſt veniale. Dicendũ
ꝙ non: puta dicendo verbum ocio/
ſum ꝛ hmõi niſi ſpeciem mutaret:
quia nubere vel velle nubere qđ ſe/
cularibus non eſt peccatum ſi hoc
fiat cauſa ꝓlis generãde vel venia/

le propter voluptatem eſt mortale.
religioſo ꝓfeſſo clerico vel ordina/
to: quia ſacrilegium eſt. nõ aũt pri/
mi motus luxurie furti vel inuidie
quia nullus fouet ſe non habiturũ
primos motus qui non ſunt in no/
ſtra poteſtate. Hec Pe. de palu.

¶ Circũſtantie que trahunt pecca
tum ad aliud genus ſunt ꝯfitende.

T nota ſm Tho. in quadam
epl'a ꝙ ille circumſtantie di/
cuntur trahere peccatum ad aliud
genus et ideo de neceſſitate confi/
tende que habent ſpecialem repu/
gnãtiam ad aliquod preceptorum
diuine legis: ſicut furtum ſimplici
ter repugnat huic precepto: Nõ fur
tum facies. Si vo fiat furtum in lo
co ſacro circumſtantie loci illam re
pugnantiam habent ad aliud pre/
ceptorum quod eſt de veneratione
ſacramentorum ꝛ addit noua ſpe/
cies peccati. ꝛ ſic de alijs.

¶ Peccatũ cõmiſſum die feſto tra/
hitur ad circumſtantiam aliam.

Jcit Nic. de lyra ſuper Exo.
ꝙ peccatum mortale cõmiſſũ
die feſto habet ſpecialeꝫ repugnan
tiam ad illud de ſanctificatione fe
ſtoꝝ ꝛ ſabbati: qꝛ magis eſt opꝰ ſer
uile opus peccati ꝙꝫ opus manua/
le. Opus aũt ſeruile ibi prohibetur
ꝛ ſic eſt mortale vltra propriam de/
formitateꝫ ſue materie ex hoc ꝙ cõ
mittitur in die feſto habet aliã de/
formitatem quam oportet confite/
ri. Et in fine dicit idem Tho. ꝙ il/
lud quod dicitur circũſtantias nõ
trahentes peccatum ad aliud genꝰ
ſiue ſpeciem non eſſe de neceſſitate
confitendas non eſſe referendum
ad numerũ peccatoꝝ ꝛ eiuſdem ſpe
ciei: quia numeꝝ tenetur confiteri
ſi poteſt: quia nõ eſt vnum ſed mul
ta. ꝛ hoc nota diligenter.

Ota tertio ꝙ cum cogitatio
cũ deliberatõne rõnis in ac/
tum peccati mortalis: ſcꝫ deliberan
di illum actũ agere: etiaꝫ abſqꝫ ope
re ſit peccatuꝫ mortale. ideo ad ſin/
gulas peccatoꝝ ſpecies poſt pecca/
ta operis interrogata etiam de pec
catis cogitationum illius peccati
tantum ꝛ de peccatis oris et cũ opꝰ
alicuius peccati ꝛ deliberatio men
tis ad illud agendum abſqꝫ opere
ſed eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime. ſed
differt ſm maius ꝛ minus vel per/
fectum ꝛ imperfectum: quia. ſ. ma/
ius peccatũ eſt ĩ opere ꝙꝫ in ſola co
gitatione. ideo etiam de circũſtan
tijs huius cogitationũ interrogan
dum eſt: puta ſi dicit penitẽs ſe cõ/
ſenſiſſe cogitationibus luxurioſis:
quia hoc poteſt eſſe multipliciter ꝛ
in diuerſis ſpeciebꝰ: ideo interro/

getur de qualitate ipſarum cogitatio
num: vt ſi deliberauit tale peccatū
cōmittere cum ſoluta: quia tūc for/
nicatio eſt ſi ipſe ſolutus eſt. aut cū
cōiugata: qa tunc adulterium eſt.
aut cum cōſanguinea quia tunc in/
ceſtus eſt. ⁊ ſic de alijs luxurie ſpe/
ciebus ⁊ aliorum viciorum.

¶ Peccatum diuiditur in tria.

Ro aliquali declaratiōe pre/
dictorum nota ꝙ dicit Tho. ij.
q. xij. q peccatū diuidit̄ p hec tria:
ſcʒ peccatū cordis. oris. ⁊ operis: nō
ſicut per diuerſas ſpecies comple/
tas ſicut differunt ſpecie bos. leo ⁊
capra: ſed ſicut p diuerſos gradus
peccati ſicut domus in fundamen
tum diuiditur in parietem ⁊ tecūt
ſicut in ſpecies completas. Conſum
matio igit̄ peccati eſt in opere. vn/
de peccatum operis habet ſpeciem
completam. Sed prima incboatio
eius eſt quaſi fundatio in corde

¶ Secundus gradus ei⁹ eſt in ore.
ſm ꝙ ab eo ꝓrumpit facile ad ma/
nifeſtandum conceptum cordis.

¶ Tertius gradus eſt in conſuma
tione operis. Patet ergo ꝙ hec tria
ꝑtinent ad vnā perfectā ſpecieʒ: cū
ab eodem motiuo procedant. Ira/
cundus enim ex eo ꝙ appetit vindi
ctam prius turbat̄ in corde. ſecūdo
in verba ꝯtumelioſa ꝓrumpit. ter/
tio ꝓcedit ad facta iniurioſa vt per
cuſſionem ⁊ hmōi. ⁊ ſic de alijs qui
buſlibet: vt luxuria. Nec tn̄ ſic ītel/
ligēdum eſt peccata cordis eſſe ſpe
cies incompletas quaſi nō ſint mor
talia: imo quando in eis eſt cōſen/
ſus deliberatiuus ad actus qui de
ſe ſunt peccata mortalia. tales cogi
tationes ſunt peccata mortalia. et
ſi non ita grauia ſicut peccata ope/
ris vt dictum eſt. Et qn̄ ſunt ſimul
cogitatio cū locutione ⁊ opere vnū
eſt peccatum: vt patet de luxuria ⁊
alijs peccatis. quando vo quodaʒ
tpe deliberat fornicari et alio tem/
pore diuerſo ⁊ diſtanti fornicatur
ſunt duo peccata mortalia. De de/
lectatione vo moroſa aliquid dice
tur ſuo loco.

¶ Regule quinqʒ cognoſcendi pec
catum mortale a veniali. Nota

D cognoſcendum vo quan/
do peccatum eſt mortale vel
veniale nota quinqʒ regulas.

¶ Prima eſt: quando amor vel affe
ctio ad aliquam creaturā: ſcʒ ſe vel
aliam tantū creſcit vel eſt tam ma/
gnus ꝙ in eo conſtituit̄ vltim⁹ fi/
nis. i. ꝙ nec actu nec habitu ordi/
nat illam creaturā aut eius dilecti
onē aut etiā ſeipſum ſm deum et
vellet cū tali creatura cōtentari et
nō curaret deū offendere aut eius

114

pꝛecepta tranſgredi pꝛopter illam
creaturam:ita ꝙ ibi eſt equalis cō/
temptus dei ſi non eſt foꝛmalis ta/
men interpꝛetatiuꝰ ⁊ eſt fruitio cre
ature:qa pꝛeponitur creatura deo·
vnde cū aliquis vellet hic cum cre
atura ſemper manere nō curando
de eterna beatitudine·licꝫ non ſint
ſemper rudes de hoc interrogandi
vel tentandi:tamen talis amoꝛ cre
ature ſemper eſt peccatum moꝛtale
Quando autem aliquis diligit ali
quam creaturam plus q̃ꝫ deum ſed
pꝛopter hoc nollet deum offende/
re aut eo carere: nec eius amiciciā
perdere:talis amoꝛ creature eſt pec
catum veniale·

¶Secunda regula ſatis concoꝛdat
cum pꝛecedēti: ſcꝫ cum notabiliter
contra dilectiōem pꝛoximi aliquid
cōmittitur tunc eſt moꝛtale pecca/
tum·quando ꝟo non tunc eſt veni
ale· Quando ꝟo aliquid fit cōtra
dilectionem dei poteſt attendi pe/
nes hoc quod repugnat caritati vł
amicicie quam debemus ad deum
habere ſuper omnia. Quando au/
tem aliquid fit contra dilectionem
pꝛoximi poteſt attendi penes iſta
pꝛecepta legis nature:ſcꝫ quod tibi
nō vis fieri alteri ne facias· Et qꝺ
tibi rationabiliter et ex debito vis
fieri alteri facias· Et poteſt etiam
attendi penes ſcandalum actiuum
quod ego infero pꝛoximo meo per
mala exempla.ſed inquantū impoꝛ
tat illud cōtra dilectionē vel quan
tum ſit illud ſcādalum ad hoc ꝙ ſit
moꝛtale nō pꝛeciſe determinatum
eſt:quia in modico facere ꝯtra pꝛo/
ximum non eſt moꝛtale aut in par/
uo ſcandalizare·Unde quilibet at/
tendat ſeipſum quod ſibi vellet fie
ri ⁊ quod ſibi nollet fieri et ꝑ quod
factum ⁊ non factum ſoluere inter
ſe ⁊ pꝛoximū ſuuꝫ amiciciam quam
ſimul habent·

¶Tertia regula quando omittun/
tur contra pꝛeceptum dei ⁊ eccleſie
vel legis nature vł ſuperioꝛis : que
pꝛecepta ſunt de neceſſitate ſalutiſ
vel contra votum publicum vel pꝛi
uatum vel contra iuramentum lici
tum et tunc eſt moꝛtale peccatum·
Quando ꝟo citra tunc nō eſt moꝛ/
tale·

¶ Quarta regula cum aliquid fit
vel cōmittitur vel omittitur contra
conſcientiam vere vel falſe dictan/
tem aliquod peccatum moꝛtale vel
contra conſcientiam foꝛmidantem
pꝛobabiliter vel dubitatiue an ali/
quod peccatū ſit moꝛtale tunc ſem/
per eſt moꝛtale ſi conſcientia nō ſit
ſufficienter inſtructa·

¶Quinta regula de actibus intus
manentibꝰ:quando quidem habet
ſolam cogitatiōem de aliquo quan

cumcunqꝫ turpem vel malam abſqꝫ complacentia ſeu delectatione vel conſenſu tunc nunq̄ꝫ eſt peccatum moꝛtale vel nullũ vel veniale. Qñ vo eſt cõſenſus in actum qui eſſet peccatum moꝛtale tunc ſemper eſt peccatũ moꝛtale: quia deus voluntatem pꝛo facto acceptat. Quando aũt cum cogitatiõe aut complacentia eſt delectatio moꝛoſa in aliquo turpi ſpecialiter in libidinoſis tũc eſt moꝛtale ſm dictum Aug. eſto ꝙ non ſit conſenſus in actum. ſm hoc dictum Aug. iudicium eſt de peccatis interioꝛibus. Ad quod etiam facit diſtinctio ſupꝛa poſita de ſenſualitate ꝛ ratione ꝛ de peccatis pꝛeuenientibus ꝛ ſequentibus deliberationem. Applicando igitur ſeptẽ vitia capitalia que nõ ſunt ſemper moꝛtalia ſed ſunt male radices in homine ex quibus oꝛiuntur ſeptem venialia:

¶Que debeat ſeruare ꝛ ſcire confeſſoꝛ vtilia ꝛ neceſſaria in ipſo exercitio confeſſionis. §. iiij.

Ltra excõmunicationem iuris cõmunis ſciat cõfeſſoꝛ ſi penitens incidiſſet in ſententiã cõſtitutiõis ſynodalis: ideo debet inueſtigare de conſtitutionibꝰ illius dioceſis ſi quas habet vel etiã pꝛouintie vel legationis vt melius poſſit penitẽtibus pꝛouidere. Diligenter querat de numero peccati quotiẽs incidit in id vel in illud: quia homines ſepe tranſeunt illud leuiter et de circumſtantijs neceſſarijs ꝛ de peccato quod alteri iam rite confeſſus ꝛ non queras cum nõ teneatur niſi in caſu in quo tenet̃ confeſſionẽꝫ iterare. De quo plene ſupꝛa in titulo pꝛecedenti ꝛ non ſolum de peccatis opere perpetratis ſed etiaꝫ de peccatis coꝛdis ꝛ de numero eoꝝ que pſone paruipendũt interrogandũ eſt. Et qꝛ ſm Tho. in. ij. peccatum cogitationis ꝛ operis in eadem materia ſunt vnius ꝛ eiuſdẽ ſpeciei ſed differunt ſm magis ꝛ minus: quia ſcꝫ peccatuꝫ operis eſt grauius peccato coꝛdis. ideo etiam interrogandũ eſt de ſpecie ꝛ circumſtantijs neceſſarijs peccatorum coꝛdis. verbi gratia: Si dicit ſe in mente ſolum deliberaſſe mulierem cognoſcere. interrogandum eſt vtrum ſolutam vel nuptam: virginem vel aliam et qua die. et hoc quia ipſi faciũt hoc peccatum eſſe diuerſe ſpeciei. Et ſi mulier facias eam ex tranſuerſo ſtare nec faciem eius aſpicias: quia facies earũ ventus eſt vrens ait pꝛopheta. Sed nec virum decet frequenter aſpicere in facie ne eum erubeſcere facias vltra q̄ꝫ opoꝛtet: viroſqꝫ graues et ſa

pientes dulcius ⁊ vrbanius reprehendere· ruſticos groſſos ac ydiotas duri⁹· ne peccata ſua paruipendant ex leuitate ſermonis· Stimulatos vero ex dolore ⁊ deſperatione quantumcūq; peccata cōmiſſa ſint grauia confortare ⁊ animare expedit in ducēda exempla Dauid· Magdalene· Petri· Pauli· Latronis· ⁊ hmōi induratos ⁊ ſe excuſantes aggrauare peccata eorū oſtendendo eoꝝ pericula exemplo Ade· Saulis Jude ⁊ hmōi qui ſeipos deſperauerūt· ¶ Nota ſm· M· Uber· li· de off· ordi· q illorum confeſſiones prius ſunt audiende libentius qui magis indigere putātur· vel quia raro venire ſolent vel quia ſunt extranei vel quia ſunt ī maiori ſtatu vel de quorum confeſſione ſperatur vtilitas futura·

¶ Quomodo ſe habere debeat confeſſor audiendo mulieres·

Idem dicit de audientib⁹ mulieres· Caueant ne niſi in publico audiant ⁊ niſi in aliquo videantur nec multum imorentur: niſi quantum neceſſitas cōfeſſionis requirit et eis que nimis frequenter confiteri volunt aſſignent certum tempus extra quod ipſas non audient nec aliis colloquijs ſe eis exponant ⁊ ſemper duris verbis ⁊ rigidis vtantur circa illas potius q̄ꝫ mollibus· Hec ille· Et hoc contra illos qui quotidie audiūt mulierculas ⁊ faciunt eis longas predicationes· vnde amittunt multū temporis ⁊ ſcandalum ſequitur cōmuniter in ipſis ⁊ in populis·

¶ Qualis ⁊ quāta debeat iniungi ſatiſfactio ſeu penitentia a cōfeſſore penitentib⁹ ⁊ qualiter ſe habere debeat penitentias iniungendo·

Nota q pro quolibet peccato mortali erat regularit̄ ſeptēnis penitentia iniungenda ſeu imponenda· vt habet· xxij· q· i· c· predicandum· in glo· ⁊ xxxiij· q· ij· c· hoc ipſum· ⁊· §· ſe· Quod ſeruabatur antiquitus· Et iſta ſeptēnis penitentia magis vel minus aſpera ſm varietatem criminum maiorū vel minorum ⁊ circumſtantiarum ⁊ compunctionis erat· Quia vt dicit Hieronymus: Apud deum nō tantum valet temporis menſura q̄ꝫ doloris nec tantum abſtinētia ciborum q̄ꝫ mortificatio criminuꝫ· de peni· di· i· c· menſura· Sed hodie penitentie omnes ſunt arbitrio cōfeſſoris taxande conſideratis circumſtantijs criminum ⁊ perſonarum et hmōi· ex· de pe· ⁊ re· c· deus qui· Dicit autem Leo papa· xxvj· q· vij· c· Tempora plenitudinis tue moderantis

arbitrio ſunt cõſtituenda prout cõ
uerſorum animos proſpexeris eſſe
deuotos. Ray. Guil. et Spe. in ſuo
repertorio hoc tenent et generalis
conſuetudo ſic ſe habet. nec eſt con
tra hoc quod dicit Greg. de peni.
di. v. c. falſas penitentias dicimus
que non ſm auctoritatem ſanctorũ
patrũ pro qualitate criminum po-
nuntur. Hoc enim ſm Ray. cum ſi-
ne neceſſitate rationabili dimitte-
rentur penitentie antiquitus taxa
te. Nam vltra illam cõmunez peni-
tentiã ſeptennem pro quolibet mor
tali peccato in genere ponunt alie
penitentie maiores vel minores ꝑ
certis peccatis: ꝓut habetur in di-
uerſis capitulis decretalium et de-
cretorum. que quia cõmuniter non
dantur hic non pono que meliꝰ ha
bentur in ſumma cõfeſſorum li. iij.
ti. xxxiiij. q. cxxv. ti. de peni. ⁊ re. vbi
ponuntur caſus. xlvj. de hmõi. Eſt
autem ſatis rationabilis cauſa nõ
dandi hmõi penitentias indiſpoſi
tio penitentium ⁊ etiam aliquãdo
non ſufficeret tempus vite. nam vt
Ray. ⁊ Hoſtieñ. dicunt debet con-
feſſor talem dare penitentiam quã
veriſimiliter credat illum implere.
ne ipſam violando deterius ſibi cõ
tingat. ꝙ ſi magna peccata cõmiſit
⁊ dicit ſe penitere ſed non poſſe ali
quam duram penitentiam facere:
animet eum ad hoc confeſſor oſten
dendo ei grauitatem peccatorum
⁊ hoc per conſequens penitentiam
penarum ſibi propter hoc debitarũ
⁊ ſic tandem iniungat ei penitenti
am quã libenter ſuſcipiat. ⁊ ſi ſacer
dos non poteſt gaudere de omni-
moda purgatione eius ſaltem gau
deat ꝙ liberatum a gehenna tranſ
mittit ad purgatorium. Itaqȝ vt di
cit Hoſtieñ. confeſſor nullo modo
debet permittere peccatorez deſpe-
ratum a ſe recedere. ar. xxvj. q. vj. c.
preſbyter. Sed potius imponat ei
vnum pater noſter vel aliud leue ⁊
alia bona que fecerit vel mala que
tolerauit ſint ei in penitentiã. Con
cordat Tho. in hoc. Hoc tamen ſa-
ne ĩtellige: videlicet ſi ipſum alias
penitet et dicit ſe paratum facere
quod debet: ſed hoc onus peniten-
tie ſufficere non poſſe tunc propter
hoc quantumcunqȝ deliquerit nõ
debet dimitti ſine abſolutione: ne
ſe deſperet. Sed ſi dicit ſe nõ poſſe
dimittere odium. vel caſte viuere.
vel alienum nõ velle reſtituere vel
artem dimittere quam ſine peccato
mortali exercere non poteſt vel ali-
ud huiuſmodi cũ poſſit nullo mo-
do debet abſolui ſm Tho. Pet. de
palu. Alb. quia vt dicit Gre. ij. q. iij
c. Tunc vera eſt abſolutio ſacerdo-
tis cum interim ſequitur arbitriũ

iudicis·ij.q.i·c. deus omnipotens qui nunq̄ȝ abſoluit·de·pe·di·i·c·ne minem·Sacerdos autem nullā de/ bet cōmittere falſitatē in ſacramen tis veritatis·Unde ⁊ de peni·di·v· c·fratres noſtros ammouemus vt falſis penitentijs animas laycoꝝ decipi non patiantur·Falſas peni/ tentias dicit cum ſic agitur de vno et non recedat ab altero· Uerum ſi tale peccatum pure vult confiteri: debet audiri eius confeſſio: vt di/ citur extra de peni.⁊ remiſ·c·ꝙ qui dam· ⁊ ſibi aliquid debet iniungi: non tamen abſoluendo eum ſed ei declarando ꝙ propter hoc non eſt abſolut⁹:ſed tamen ſatiſfaciat pre/ cepto eccleſie annualis confeſſio/ nis fiende ⁊ hortetur eum ꝙ faciat omne bonum quod poteſt:vt deus cor eius illuſtret ad penitentiam: dicitur de peni·di·v·c·falſas· et ſic non eſt dimittendus ſine confeſſi/ one ne deſperet·Quod ſi inſtet pro abſolutione oſtendendo ſcandalū ⁊ deſperationem ſi non abſoluatur nullo modo debet ei aſſentire·licet tamen ei declaratur ꝙ fieri non po teſt nec iuuaret eū. Et ſi permanet in ſcandalum non eſt curandum: quia eſt ſcādalum phariſeorum·ij· q·iij·c·inter verba·

¶Qualiter ſe habere debet confeſſor penitentias iniungendo peni/ tentibus·

A imponendo penitētias ne vileſcat auctoritas eccl'ie ar/ bitretur confeſſor·⁊ ne ptās clauiū cōtemnatur·de pe·di·i·c. ſunt qui ar bitrantur·l·di·c·abſit·⁊·c· ſi qs pre poſtera·nimis malum eſt ſi pure cō tingat errare ꝙ erret dando nimis paruam q̄ȝ nimis magnam vt dicit Chriſo·xxvj·q·viij·c· aligant· quia vt ibi dicitur: Melius eſt deo red/ dere rationem de nimia miſericor/ dia q̄ȝ de nimia ſeueritate· ſi enim benign⁹ eſt deus vt quid ſacerdos bult eſſe auſterus· Exemplū babe/ mus a xp̄o vt dicit Ray. qui nulli vnq̄ȝ impoſuit grauem penitentiā ſed dixit:vade ⁊ amplius noli pec/ care·Et ad hoc maxime debȝ atten dere cōfeſſor excidere ab eo cauſas ⁊ occaſiones peccatoꝝ: puta ſi con/ uerſatio eius cum aliquo vl' aliqua eſt occaſio ei alicuius ruine debet imponere ſibi ꝙ dimittat ſi poteſt ⁊ hmōi·de pe·di·iij·c·ſatiſfactio. ali/ quādo imponere poteſt ei loci mu/ tationem qui ei eſt ad ſcandalum ſi fieri poteſt·di.lxxxj valet· aliquan do tamen res ſic ſe habent ꝙ fieri non poteſt·

¶Contraria penitentia debet im/ poni delicto·

Item imponēda eſt peniten/

tia cõtraria ad malum quod cõmiſit ſm Ray. videlicet ſuperbo opera humilia. guloſo ieiuniū. auaro elemoſyne ⁊ hmõi: quia contraria cõtrarijs curantur. de pen. di. ij. c. ij. Quod intellige ſi creditur illū velle ⁊ poſſe perficere. Hoc eniȝ eſt ad bene eſſe imponere magis iſtam ꝙ̄ illam. ¶ Item ſi eſt negligens ad audiendum verbum dei ſibi poteſt iniungere ſm Jo. ꝙ audiat certum numerum pꝛedicationū. Debet tamen cauere confeſſoꝛ ⁊ ne det taleȝ penitentiam per quam fiat alteri pꝛeiudicium: puta ſi ſeruo iniungatur longa peregrinatio vel ieiunium pꝛolixum: ita ꝙ eius dominus reciperet detrimentum de ſeruitio ſuo. Si etiam imponeret vxoꝛi vt daret multas elemoſynas dabit de bonis viri ſi parafrenalia non habet.

¶ Pꝛo peccato occulto non debet dari manifeſta penitentia.

Item pꝛo peccato occulto nõ eſt manifeſta penitentia iniungenda. ſ. talis vt poſſit inde oꝛiri aliqua ſuſpitio peccati cõmiſſi. ¶ Et nota ſm Jo. ſuper cle. dudū. de ſepul. ſuper verbo audire: ꝙ pꝛius ſacerdos debet imponere penitentiam ꝙ̄ facere abſolutionem a peccatis. quod pꝛobat ex ipſo textu cle. que pꝛius loquitur de penitentia iniungẽda: poſtea de abſolutione. Tamen etiam ex ratione: quia cum abſolutio ſit complementum ⁊ foꝛma in penitentia pꝛius debet eſſe ſatiſfactio que eſt pars materialis penitentie ſaltem in pꝛopoſito actuali vt expꝛeſſa ſatiſfactiõe que debet imponi per ſacerdotem acceptat eam penitens ſicut confeſſus eſt ⁊ doluit ⁊ inde ſequitur abſolutio. Sed contrarium dicitur eſſe de cenſi. c. ſi. vbi dicitur ꝙ archiepiſcopi poſſunt in viſitatione abſoluere ⁊ penitentias imponere. ergo hoc de neceſſitate non pꝛocedit: quia tamen cõmuniter fit contrarium: vt ſcilicet pꝛius abſoluat̃ et poſtea iniungatur penitentia quomodocunqȝ fiat vel ante vel poſt ſufficit Pꝛeſupponit enim confeſſoꝛ illum habere pꝛopoſitū eam faciendi quã ſibi iniungit cum ipſum peniteat. Scdm Jo. Si penitentem abſoluis cuius generalem confeſſionem audiuiſti abſoluas eum ⁊ a penitentiis oblitis iniunctis ab alijs ſacerdotibus ⁊ ſi aliquarum penitentiarum iniunctarum memoꝛ ſit ꝙ nõ impleuerit eas ſi iudicauerit expediens. cõmittas eas. niſi eſſet in caſu a quo non poſſes abſoluere. De permutatione penitentie habes ſupꝛa ti. pꝛecedenti. c. fina. vbi etiam

emulta de ſatiſfactione.

Memoriale dicendum peniten‑ti circa penitentiam fiendam.

Autum eſt etiam ſibi declarare ⁊ pmittere ꝙ ſi aliqua die ex obliuione vel negligentia dimitteret penitentiam ſibi impoſitã: puta ieiunium vel orationes ⁊ hmõi ꝙ poſſit alia die cõmutare. Et ſm Pe. de palu. conſulendum eſt diuitibus ⁊ nobilibus ꝙ querant participationem bonorum que fiunt in religionibus in quibus ſunt ⁊ plures penalitates ꝙ̃ alibi ⁊ mag deo accepte: ⁊ quod in penitentiam imponatur eis ꝙ non ſolum que facient per ſeipõs ſed etiam que procurabunt ab aliis ⁊ omnia quorũ ſpecialiter ſunt participes. Dicit etiã Pe. de palu. in. iiij. ꝙ debet confeſſor cum minorem penitentiam debito imponit innoteſcere ei ꝙ illa penitentia ſibi impoſita non eſt digna: ne decipiatur putans ſufficere ſed ꝙ deberet pro quolibet mortali ſeptennem agere penitentiam quam ſi hic non perficiet in purgatorio luet. Si tamen per illã declaratõnem crederet eum incidere in deſperationem non debet ſibi hoc dicere.

Quid fiendum qñ penitens nõ confitetur peccatum aliquod mortale quod cõfeſſor ſcit eſſe in eo.

E confitente autem qui non confitetur aliquod mortale quod nouit de eo ꝯfeſſor ex eo ꝙ nõ reputet illud peccatuꝫ. Dicit Goſ. in quodlibet. ix. ꝙ ſi eſt certuꝫ illud eſſe mortale tunc quicũꝗ confeſſor debet ei facere conſcientiam de eo cum confeſſor ordinetur ad vtilitatem ei?. Sed vtilitas eius eſt ꝙ ſciat ſtatum ſuum: nec debet eum abſoluere ſed reputare eum indignũ ⁊ indiſpoſitum ad recipiẽdum abſolutionem dum manet in tali ſtatu. Sed ſi dubium eſt vtrũ ſit mortale ⁊ opiniones doctorum diuerſe videlicet vtrum ſit licitum emere redditus ad vitam: tunc autem cõfeſſor eſt ordinarius eius: ita ꝙ tenetur confeſſionem eius audire et tunc ſi ſit opinionis illius ꝙ illud non ſit peccatum debꝫ eum abſoluere ſimpliciter. Si auteꝫ credit ꝙ ſit peccatum debet ei facere conſcientiam ꝙ cõfitens ſe diligenter informet de illo facto vtrum ſit peccatũ Sed dato ꝙ ille non valet recognoſcere illud eſſe peccatum: nihilominus ex quo eſt ordinarius tenetur eum abſoluere. nec debet eum reputare inhabilem ad abſolutiõem: qa hoc ex errore ⁊ non proteruia opinione procedit. Ordinarius aũt abſoluendo debet ſequi cõmune iudi

cium eccleſie nõ ſuum. Si autem ſit confeſſor delegatus qui in nullo te netur confitenti niſi velit ſi credit illud eſſe mortale nõ debet eum ab ſoluere: quia ex mera voluntate de pendet vt abſoluatur vel dimittat. debet enim ſequi proprium iudici/ um in abſoluendo ⁊ peccaret ſi ab/ ſolueret. Hec Goſ.

¶Sacerdos dicitur ſoluere vel li/ gare tripliciter. ⁊ de modo ⁊ forma abſoluendi. §. vj.

Ota tandem ſm Ray ꝙ ſacer dos dicitur ſoluere vel liga/ re tripliciter. ¶Uno mõ per oſten/ ſionem. i. oſtendendo ſolutũ vel li/ gatum. dico cum abſoluitur. lz eniz ſit peccator per cõtritionẽ a deo ab ſolutus: tñ in facie eccleſie adhuc manet ligatus. ⁊ ſic intelligitur. c. quantumlibet. de peni. di. i. ¶Alio modo ligat ſacerdos dando peni/ tentiam ad quã obligat peccatorez ⁊ ſoluit cum penam ſibi debitaz di/ mittit vel ad ſacramenta dimittit. de peni. di. i. c. multiplex. ¶Tertio modo per excõmunicationem ⁊ ab/ ſolutõem ab ea. ij. q. iij. c. nemo ſit. Tamen fit ſm Petrum abſolutio a peccatis realiter per miſterium ſa/ cerdotis: nõ quidem principaliter ⁊ auctoritatiue: quia hoc eſt propri um dei. de pe. di. i. c. verbũ. Nec ſo/ lum oſtenſiue: quia ⁊ hoc faciebant ſacramenta veteris legis ſiue teſta menti. Nec ſolum deprecatiue: qa ſic magis abſolueret bonus laicus ꝙ malus clericus. Nec ſolũ per con tritõnem ꝯfitentis: qa tunc nunꝙ quis efficitur ibi de attrito contri/ tus. Sed operatur inſtrumentali/ ter abſolutio ad remiſſionez diſpo nendo ad gratiam. Et niſi oppona tur obſtaculum fit de attrito cõtri tum ⁊ iam contritio adauget gra/ tiam. Hec Pet. de palu. cui concor. Tho. ⁊ fit hoc virtute clauium que dicuntur plures in effectu: qa vna eſt poteſtas diſcernendi. alia diffi/ niendi. vna tñ eſt eſſentialiter: ſcz poteſtas iudicandi in foro anime collata a deo ⁊ ĩ anima impreſſa de lebiliter per ſuſceptionem ſacerdo/ tij. Hec Pet. ¶Scdm Io Ray. nota ꝙ triplex eſt iudicium: ſcz dei. Pe/ tri ⁊ celi. In primo abſoluitur pec/ cator per contritionem. In ſecun do: ſcz iudicio Petri. i. confeſſionis per abſolutõnem. ſi tamen prius ſit abſolutus a deo ſaltem ordine: alio quin non. vnde dicitur. xxiiij. q. i. c manet Petri priuilegiũ quando ex equitate fert᷑ iudiciũ. In tertio. i. iudicio celi. i. curie celeſtis abſolui tur per approbationem. de pe. di. i. Alio modo ⁊ alijs verbis dicit᷑ tri/ plex iudiciuz. Primũ dei. Secundũ

Petri in eccleſia militanti. ¶ Tertium ſurſum in eccleſia triumphanti. Primum eſt quo deus mundat animam in contritione. ꝛ hoc precedit reliqua duo: ſcꝫ tempore dignitate ꝛ effectu. eſt enim ille qui claudit ꝛ nemo aperit. apit ꝛ nemo claudit. Scđm quod ſequitur poſt illud eſt iudiciū ſacerdotis: q aucte clauiū ligat vel ſoluit eo mō quo paulo ante dictum eſt. Tertium qđ ſequitur eſt iudiciū approbationis: ſcꝫ celeſtis curie ꝛ angeloꝝ.

¶ Forma verborum abſoluendi penitentem.

Dicit Pe. de pal. ꝙ homo qui ignorat vtꝝ vnq̄ fecerit vnā perfectā cōfeſſionem expedit ꝙ in omni ꝯfeſſione ſacramentali poſt oīa peccata ſua ſpecialiter enumerata ſequitur generalis clauſula. ſ. omnibus alijs mortalibꝰ ꝛ venialibus confeſſis ꝛ nō confeſſis ac oblitis dico meam culpā. ꝛ ſic ſequitur abſolutio. ꝛ ſic valebit ad remiſſionem culpe ꝛ pene: etiam mortalis ꝛ ſcite ac etiam oblite ad quā tñ non tenebatur al's in ſpeciali confiteri iteꝝ: qꝛ. ſ. ſufficienter cōfeſſus eſt.

¶ De forma ꝛ vi verboꝝ que requiruntur in abſolutione.

Forma autē abſolutionis ſm Tho. in tractatu de forma abſolutionis: eſt hec quantum ad ſubſtantiam: Abſoluo te. ꝛ conſueuit addi ego. ꝛ a peccatis tuis. ꝛ ſi non diceretur ſubintelligeretur: quia enim in ſacramentis verba habēt efficaciam ꝛ inſtitutōnem tenenda ſunt determinata verba conſonantia inſtitutōni diuine dicenti. Quecūqꝫ ſolueritis. ꝛ iſta verba conueniunt Ego te abſoluo. Idem Inno. ꝛ Hoſtieñ. De iſta ꝛ alijs formis diuerſis abſolutionis ab excōmunicatione ꝛ peccatis dicetur infra in fine interrogatorij. Solet autem papa aliquando tantam facere gratiam quibuſdam vt ab omnibus cenſuris ꝛ penis ſimplicit' iuris ꝛ ab homine latis poſſit abſolui ī foro ſalutem conſcientie ꝛ tunc confeſſor poteſt iſta forma vti quam a curia romana habui ꝛ vſus ſum.

¶ Forma abſolutionis ab omnibꝰ cenſuris ꝛ penis tā a iure q̄ꝫ ab homine latis.

Ex plenitudine poteſtatꝭ apoſtolice cuius auctoritatē pro preſenti gero: abſoluo te ab oībus cenſuris eccleſiaſticis ſententijs et vinculis excōicationum ſuſpenſionum ꝛ interdicti tam ab hoīe q̄ꝫ a iure latis: necnō ab oībꝰ negligentijs ꝛ defectibꝰ cōmiſſis in ſacramē

¶Quãtum ad participationẽ iſtud fieri poteſt multipliciter. ¶Uno modo cooperando cum alijs ad rapiendum. et tunc ad illud tenetur quod recepit vel damnificat ſi non fuit in cauſa principali vel quaſi.
¶Secundo mõ recipiendo ꝑ viam doni de rapina ꝛ ad illud tenet̃ qđ recepit. ¶Tertio mõ ꝑ conſummationem rapine: vt victus. veſtitus ꝛ hmõi ſicut famuli raptoꝝ ꝛ famuli vſurarioꝝ vel ipſoꝝ vſurarioꝝ qui habẽt oĩa de rapina vel vſura ꝛ te-

nentur ad illud quod conſumunt. ¶Quarto mō per dotationem vt marit⁹ qui ſciebat ſoceꝝ nō habere niſi bona rapta ꝛ vſuraria non poteſt recipere dotē. ꝛ ſi recipit. teneť reſtituere. Si aūt filia remanet vidua teneť reſtituere dotē: qa de alieno eſt: ſed ſi neſciebat eſſe tunc diuerſa eſt opinio inter doctores vtꝝ teneať maritus eius vel filia: ſed filia videtur teneri. ¶Quinto ꝑ emptionem rei rapte vľ furtiue ꝛ ſcienter fecit ob ſui vtilitatē vltra mortale tenetur ad reſtitutionem ſi inuenit dn̄m rei. ſi ꝟo nō reperit pauperibus erogare teneť vel precium eius etiam ſi iam ꝯſumpſiſſet. ſi ꝟo ignorãter ſiue ignorantia iuris ſiue facti a peccato pōt excuſari. ſed qn̄ ſcit teneť ad reſtitutōnem ſi nōdum diſtraxit etiam ſine precio petito a dn̄o rei: ſed repetat a venditore ſi poteſt. Jdē de oı̄bus qui ſucceſſiue emerent rem hãc niſi prius diſtraxerint illam rem: qa bona fide diſtraxerūt vendendo nō tenentur ipſi ſed emens eã. De hac materia vide in. ij. parte ſum. ¶Qui impedit aliū iniuſte a ꝓſecutiōe alicuius officij vel bn̄ficij vel officij eccleſiaſtici vel ſecularis vbi ſibi erat iã ius acquiſitū teneť ad ſatiſfactionem talis damni. Si autē nondum erat ſibi ius acquiſitū ſed erat ī via acquirendi teneť ad arbitrium boni viri quantū poteſt illud damnū in ipſo dubio eſtimari. Similiter ꝛ qui deijcit iniuſte aliquem ab obtēto iuſte vel aliter ꝓcurat eijci ſicut cum iuſte procedit. Tho. in. iiij. ¶Qui infert damnū quod in ſpecie reſtitui nō poteſt: vt mutilatio membri cū quo ille lucrabať: videlicet manū in ſcribendo. virginitatē alteri auferendo. precipue per violentiã ꝛ ſeductionem. mortem inferendo alicui qui ſolo labore nutriebat familiã ſcienter dando ad vecturam vel vendendo equū claudicantē vel aliter nociuū et nō illi indicando. vnde emptori ſequiť nocumentū tenetur ſatiſfacere de huiuſmodi ad arbitrium boni viri. ¶Si mulier ſupponit ſibi alienum partum vel cōcepit de adultero neſciente viro tenetur viro de omnibus expenſis factis filio putatiuo ꝛ cōſanguineis ꝛ filijs vel alijs heredibus de his que peruenerunt ad eam bonis: nō tn̄ tenetur mulier illa manifeſtare factū cū periculo vite ſue. Ray. ſed quomodo agenduꝫ ſit vide in. ij. parte ſum. ti. de reſtitutionib⁹. ¶Si exiſtens camerari⁹ ſiue theſaurarius cōmunitatis qui vulgariter diciť camerling⁹ ſeu notarius ſeu aliquod habēs officium pro quo eſt ſufficienter ſalariat⁹ et

142

nihilominus ab his perſonis cum
quibus exequitur officiũ ſuum: pu
ta faciẽdo cedulas ⁊ hmõi aliquid
exigit̃ vſurpatio eſt nec puto ꝙ ex/
cuſet eum cõſuetudo: ſicut nec a ra
pina. ꝓpter hoc enim ſtatuuntur
ſalaria ne petat ab illis vñ ⁊ peccat
⁊ debet pauperibꝰ erogare. Hoc di
co quia difficile eſſʒ dare tale quid
proprius perſonis cum quid modi
cum ſit. ar. xiiij. q. v. non ſane.

¶Si cũ pecunijs cõitatis quas ha
bet in depoſito negociatur ⁊ ſi q̇d
cum eis lucratur per contractꝰ vſu
rarios tenet̃ reſtituere vſuras eis
a quo accipit. Si ṽo contractum li
citũ videtur teneri cõmunitati ſal/
tem pro parte vel partem pauperi/
bus erogare tenetur.

¶Si quis ingreſſum in religionez
educit vel per violentiam vel ꝑ per
ſuaſiones vltra peccatum mortale
cõmiſſum eſt excõmunicatus cum
violẽtiam infert perſone ⁊ tenetur
illum vel alium inducere ad religi
onem in ſatiſfactionem vel tenetur
ipſe ingredi ſi nõ habet impedimẽ
tum ſm Pe. ⁊ Jo.

¶De eo ṽo qui omnino intẽdit in
gredi religionez ſed nondũ ingreſ/
ſus reuocatur per aliquem ab illo
propoſito. Idem dicunt quidã: quã
do ſcilicet non ex cauſa iuſta: puta
quia in illa religione male viuitur
ſed ex cauſa rationabili.

¶Decimũ preceptum de deſiderio
habendi res alienas. c. vnum.

Ultra pecccatũ operis iniuſte
vſurpationis diuerſaꝝ ſpeci
erũ de quibus dictũ eſt etiaʒ inter
rogãdũ eſt de deſiderio habito cir/
ca res alienas habendas ſeu acqui
rendas iniuſto modo. quod deſide
rium ſiue cogitatio ſi eſt cum cõſen
ſu rõnis ⁊ alicuiꝰ rei notabilis ſem
per eſt peccatũ mortale eiuſdeʒ ſpe
ciei cuius eſt opus illius iniuſte ac
quiſitionis: ſicut verbi gratia. deſi
derans habere ꝑ vſuras eſt ſpecies
vſure. ſi per rapinas eſt rapina. ſi ꝑ
viam occultam eſt furtum. ſi rem ſa
cram eſt ſacrilegium. ⁊ ſic de alijs.
Ideo interrogandoʒ eſt quomodo
deſiderauit rem alienam vt habet̃
ſpecies peccati q̃ neceſſaria eſt con
fiteri. In his tamẽ peccatis cordis
non tenetur ad reſtitutionẽ. ¶No
ta etiam cum quis aliquem damni
ficat proximum in minimo ſi habet
propoſitum damnificandi in mul/
to ſi poſſet peccat mortalit̃. Unde
ementes ⁊ vendentes quandocũqꝫ
parati ſunt decipere proximum in
multo ſi poſſunt commode mortali
ter peccant. licet actu in modico de
cipiant.

¶Octauum preceptum: Non eris teſtis iniquus.

¶De mendacio.c.i.

E mendacio ſi dixit mēdaciū perniciosum:id eſt quod ſit cōtra honorem dei:vt in his que ſunt fidei vel damnum notabile ꝓximi ſpirituale vł temporale mortale eſt ſm Tho.ij.ij. verbi gratia.ſi dixit fornicationem vel vſurā non eſſe peccatū mortale. ſi negat ꝙ ipſe vel alius debet dare ꝓximo ſuo qđ ipſe vouit ꝛ hmōi.Si dixit mendacium in iudicio interrogatus a iudice periurus eſt ꝛ mortaliter peccauit ſm Tho.

¶Si dixit mendaciū in cōfeſſione de neceſſario confitendis mortale eſt.Idem ſi in predicatiōe ſtudioſe mortale eſt. niſi ex ſurreptione vel ſubita locutione impremeditate.

¶Si perſona que dicit mēdacium etiaꝫ officioſum eſt perſona auctoritatis ꝛ magne reputationis ſeu ꝑfectionis : poſſet per accidens tale mendacium eſſe mortale ſi inde ſequeretur graue ſcandalum in mentibus hominum.

¶Si dixit mendacium iocoſum.i. cauſa ſolacij vel officioſuꝫ.i. ad vtilitatem aliquam conſequendā ſpiritualem vel temporalem ſine nocumento alterius ſemper eſt veniale peccatum.Tho.ij.ij.q.iij.

¶Si dixit falſum teſtimonium contra aliquem in iudicio vł accuſauit iniuſte vltra mortale tamen peccatum tenetur de omni damno leſo ꝛ etiam ad reſtitntionem fame:vt ſcilicet dicat ſe falſū dixiſſe.Sed poſtꝙ ille eſt punitus non tenetur propter periculū qđ ei imineret.

¶De detractione.c.ij.

Etractio eſt ꝑ quaꝫ aufertur fama alteri⁹ ꝛ multipliciter.

¶Si quis imponit alteri aliqđ falſum quod ſit notabile mortale eſt ꝛ tenetur ad reſtitutōnem fame. niſi ex hoc immineret ei magnū periculum Tho.ij.ij.

¶Si ad peccatū alteri⁹ quod narrat addit aliqd notabile vltra peccatum tenetur ad reſtitutionem fame niſi ex hoc imineret ei magnuꝫ periculum.Tho.ij.ij.

¶ Si ad peccatum alterius quod narrat addidit aliquid notabile vltra mortale tenetur ad reſtitutionem fame ſi illud dictum importat infamiam.

¶Si peccatum alterius mortale cū eſſet occultum ad diffamandū manifeſtauit alijs peccauit mortaliter ꝛ tenetur ad reſtitutōnem fame in quantū poteſt niſi illud crimen poſtea per aliam viam eſſet publicatum.

143

¶Si peccatum alterius occultum manifeſtauit non intendens diffamare vel al's nocere: ſed ex quadam loquacitate non videt̃ mortale. niſi per accidens: videlicet ſi ex hoc ſequeret̃ diffamatio illius: puta q̃a audientes publicant.

¶Si accuſauit in iudicio vel denũciauit prelato crimen alterius: non zelo iuſticie ſed ex maliuolẽtia peccauit mortaliter: ſed ad reſtitutionem fame nõ tenetur ſeruato ordine iuris.

¶Si fecit libellos famoſos. i. cedulas ſiue ſcripturas in detractionez alterius ponens in loco publico vt legant̃ aut cantilenas ꝛ hm̃oi mortaliter peccauit ꝛ tenetur ad reſtitutionem fame.

¶Si peccatum alterius etiam manifeſtum narrat ex odio ꝛ intentione nocendi peccauit mortaliter ſed ad reſtitutionem fame nõ tenetur. Si autẽ ex loquacitate narrat peccat venialiter. ſed ſi defectus aliorum qui ſunt peccata venialia communiter recitauit ex loquacitate vł' aliqua indignatione non eſt mortale peccatum niſi ex hoc intenderet etiam diffamare.

¶Si ſignificauit peccatum alteri⁹ mortale ꝛ occultum prelato vel parentibus confeſſori vel alijs ꝗ ſunt perſone mature vt poſſit melius ꝓuideri quod precipue habet locum cum timetur de recidiuo nõ eſt peccatum ſed caritas.

¶Nota tamen ꝙ cum quis tenetur ad reſtitutionem fame ſi falſum dixit debet dicere his quibus dixit ſe falſum dixiſſe. nec excuſatur q̃a ſit ei verecundia magna. ſi autem dixit verum non debet dicere illis ſe falſum dixiſſe: quia eſſet mendaciũ ſed iniuſte ꝛ male dixiſſe.

¶Si quis narrat crimen alterius prout audiuit dicẽs ſe audiuiſſe ſic ab eo dici. lꝫ occultum ex loquacitate vel leuitate nõ videtur mortale nec tenetur ad reſtitutionem fame vel ſi eſt dubium.

¶Si quis bona facta ab alio dixit mala intentione eſſe facta: videlicet propter ypocriſim ꝛ ſuperbiam ꝛ hm̃oi intendẽs eum infamare peccat mortaliter.

¶Idem ſi negat bona facta ab aliquo.

¶Si etiaꝫ tacet bona que ſcit cum eſt neceſſarium ad liberandum proximum.

¶Si audiuit infamationes ꝛ diffamatõnes aliorum. Nam ſi hoc facit quia delectatur de infamia eorum peccat mortaliter. Si autem hoc facit quia delectatur de loquacitate: ſed diſplicet ei infamatio aliorum non videtur mortale. In prelatis

autem qui poſſunt huiuſmodi pro/hibere ꝛ non faciunt mortale vide tur·di·xxv·§· als autez ea demum· in gloſa·

¶De Auaricia que eſt ſecundū vi/tium capitale·

¶Incipit ſecunda pars in qua tra ctatur de modo interrogandi peni tentes a cōfeſſore de ſeptem vitijs capitalibus et eorum ſpeciebus. et primo de Auaricia ꝛ habet·c·ix·

¶Titulus primus·

Uaricia tripliciter ppetra/tur:ſcilicet iniuſte acquirē do·tenaciter retinendo· et inordinate amando· habetqꝫ mul/tas ſpecies·

¶Primus modus·ſ· iniuſte acqui/rendi de quo ſupra dictum eſt in·c Non furtum facies. Reſtant tamen relique de quibus dicetur·

¶Secundus modus retinendi te/naciter ꝛ tercius·ſ.amandi inordi/nate poſtea inferius ponentur·

¶De Symonia·c·i·

Imonia eſt circa ſpūalia ꝛ eſt ſemp peccatū mortale in om/ni caſu·¶Nota ꝙ pecunia que reci pitur ſymoniace non debet reſtitui ei qui dedit: ſed de neceſſitate de/bet pauperibus erogari vel illi ec/cleſie in cuius iniuriam data eſt.

¶Si dedit pecuniā vel aliquid ali ud quod precio poſſit eſtimari pro habendo aliquo ſacramēto vel ba/ptiſmo·euchariſtia· benedictōe nu ptiarum· penitentia· ordinatione· chriſmate·ꝛ extrema vnctione qua ſi precium hui⁹ ſacramenti·cuius ſi gnum quando datur vt precium et ſit pactio cum dante· Idem preſu/mitur quando negat̄ ſacramentuꝫ ſi nō dat̄ pecunia ſymonia eſt nec excuſat conſuetudo·Secus ꝟo eſt ſi dat vt elemoſynam ꝛ gratis nō co/actus ſed ſponte ad ſeruandum cō ſuetudinem non exactus·

¶Si clericus exiſtens accepit ali/quid temporale pro aliquo ſacra/mento dato vel dando vt precium eius·vel quia aliter nō dediſſet ſy/monia eſt.

¶Si dedit aliquid quod p̄cio poſ ſit eſtimari pro aliquo beneficio ec cleſiaſtico ſimplici vel curato obti/nendo ſymoniam cōmiſit : ſed ſol/uendo taxam curie ꝛ bullas non re putatur ſymonia·

¶Si pro aliquo beneficio eccleſia/ſtico vel dignitate habēdo aliquod temporale dedit ſimoniam cōmiſit Et idem de conferentibus benefi/cia ꝛ officia huiuſmodi pro tempo/ralibus·

144

¶Si emit vel vendidit aliquã capellam eccleſie ſymonia eſt.
¶Si emit vel vendidit ſepulturaꝫ eccleſiaſticã ſiue ſepulchrum vbi ponitur cadauer ſiue officium eccleſiaſticum ſymoniam cõmiſit.
¶Si patronus exiſtens pro pecunia elegit vel preſentauit inſtituendum ſymoniam cõmiſit.
¶Si emit vel vẽdidit aliquod ius patronatus alicuius capelle vel eccleſie ſymonia eſt.
¶Si porrexit preces carnales pro aliquo indigno ordinando vel beneficiando ſymonia eſt ſi intendit vt prelatus ratione precum principaliter aſſentire.
¶Si fuit mediator ad procurandũ alteri aliquod ſpũale beneficiũ ordinem ⁊ hmõi pro aliquo tpali.
¶Si cõduxit aliquem ad predicandum pactiõe pecunie ⁊ hmõi ſymoniam cõmiſit ⁊ ſimiliter predicator qui hoc modo acceptauit ſymoniã cõmiſit.
¶Si filiam vel conſanguineam vl' ſeruam miſit ad monaſterium pactione facta de certa quãtitate pro ingreſſu monaſterij ſymoniã commiſit necnõ moniales. niſi forte monaſterium eſſet adeo tenue ꝗ non ſufficeret illis prouidere. De ſymonijs clericorũ vide in tertia parte c. de clericis. De hac vo materia ſymonie habes pleni9 in. ij. parte tit. i. de ſymonia per totum.

¶De proditione. c. ij.

Roditio frequenter ex auaricia fit.
¶Si prodidit ciuitatem vel caſtrũ vel perſonã inimicis vltra mortale tenetur de omni dãno inde ſecuto
¶Si prodidit res alterius iniuſte auferentibus idem.
¶Si prodidit ſecreta alterius iniuſte vltra mortale tenetur de damnis inde ſecutis. ſecus ſi ſecreta iniqua vt coniurationes et tractatus contra ciuitatem vel nocumẽta perſonarum manifeſtat: quia tunc bene facit ⁊ facere tenetur.
¶Si recepit aliquid ſub ſigillo cõfeſſionis: ſed non in confeſſione ſi reuelat peccat mortaliter niſi illud eſſet quid iniquuꝫ cui poſſit obuiare manifeſtando. ⁊ ſi de hoc perpẽdit quando promiſit peccauit mortaliter ſed nec debet tenere ſecretũ quia etiam tunc peccaret.
¶Si legit litteras alterius clauſas videtur mortale. niſi poneret ſpem in ratihabitione mittentis vel ei9 cui mittitur.

¶De acceptione perſonarũ. c. iij.

J accipit perſonã in iudicio videlicꝫ qꝛ magis audit vnã

perſonã q̄ȝ aliam vel credit vni magis q̄ȝ alteri non ſeruato ordine iuris. vel magis declinat ad vnã partem q̄ȝ ad alteram ratõne amicicie ꝛ hm̃oi poſſet eſſe mortale.

¶Si in diſtribuẽdis beneficijs vel officijs eccleſiaſticis vel ſecularibꝰ admittit indignos peccat mortaliter ꝛ tenetur de damnis inde ſecutis perſonis.

¶Si in faciendis cedulis que vulgariter dicuntur ſcrutinia ſcienter admittit indignum. vel qui prohiberet admitti vel excludit dignum peccat mortaliter.

¶Si in diſtribuendis oneribus vł imponendis collectis ciuitatis ſcienter grauat aliquem contra vel vltra debitum vł alleuiat peccat mortaliter. ꝛ ſi ſolum ex eius determinatione fieret talis diſtributio tenetur damnificatis de damno. Secus vo eſt ſi ponuntur in eo plures alij. Et ſi cum haberet diſtribuere elemoſynas alicuius ſocietatis vel teſtamenti ꝛ huiuſmõi nõ fideliter diſtribuit. ꝛ ſi dediſſet nõ indigẽtibus vltra mortale tenetur ad reſtitutionem.

## ¶De turpi lucro. Cap. iiij.

Iudex accepit pecuniam vt iudicaret aut bene iudicaret aut non iudicaret aut iniuſte iudicaret peccat mortaliter ꝛ tenetur illa reſtituere danti. niſi dediſſet vt male iudicaret: quia tunc teneṫ dare pauperibus.

¶Idem de teſte pro teſtimonio falſo ferendo: quia peccat mortaliter ꝛ tenetur reſtituere.

¶Si fecit inſtrumentũ in fraudeȝ vſurarũ: vt notarius: peccauit mortaliter ꝛ mercedem quã accepit debet pauperibus erogare.

¶Si ſeruiuit vſurario in arte vſuraria peccauit mortaliter. ꝛ ſi bona vſurarij eſſent obligata reſtitutõni non poſſet retinere ſalariũ: ſed debet reſtituere creditoribus vſurarij alˀs autem poſſet: ſed illud dare debet pauperibus. de honeſtate tamen non de neceſſitate: niſi ipſe eſſet pauper.

¶Si recipit pecuniam pro turpitudine: vt meretrix vel mala mulier debet illam pauperibꝰ erogare: nõ tamen de neceſſitate ſed de cõſilio honeſto.

¶Si quis facit aliquam artem vel artificium cuius vſus vt plurimũ eſt ad mortale: vt facere taxillos vł cartas et hm̃oi peccat mortaliter. nec debet abſolui niſi diſponat illud dimittere. Lucrũ vo ex hoc factum debt pauperibus dare ex conſilio non precepto.

¶Si diebus feſtiuis emit vel ven-

didit negociando. niſi forte in nundinis vel fecit ꝯtractus al's nõ neceſſarios tunc vel fecit aliquid manuale pro lucro vltra peccatum ſm aliquos debet illum lucrum pauperibus dare. ⁊ potius videtur de honeſtate ꝙ̄ de neceſſitate.

¶Si tpe meſſium vel vindemiarũ emit bladum vel vinum vel fruct⁹ vt alio tempore vendat carius non exiſtens talis rei negociator neque propter aliquem finez honeſtũ ſed propter cupiditatem turpe lucrum eſt non tamen tenetur in aliquo.

¶Si accepit aliquid vt aliquẽ eligeret ad dignitatem aliquam temporalez vel officiũ ſeculare vel vendidit hmõi officia ſecularia turpe lucrum eſt nõ tamen tenetur ad reſtitutionem aliquam.

¶Si mercator vel ali⁹ portauit vel portari fecit ferrum. ligna. et quecunqꝫ mercimonia ad terras infidelium non habens licentiam apoſtolicam eſt excõmunicatus excõmunicatiõe papali. incurritqꝫ alias penas vt habes in. iiij. par. ti. per totum. Idem de dantibus in hoc cõſilium ⁊ auxilium.

¶Si negociator exercet negociatiationes non ad aliquem finem honeſtum: videlicet gubernare familiam ⁊ vtilitatem patrie et hmõi ſed principaliter ob immenſam cupiditatem cõmittit turpe lucrum nõ tamen de neceſſitate tenetur dare lucrum pauperibus ſed vnam partem de conſil io ⁊ honeſtate.

¶De ludo multiplici. c. v.

Si luſit ad taxillos vel cartas vel ad aliũ ludum fortune.

¶Si vicit per fraudem vel per falſos taxillos vel mendacioſe tenet̃ illud quod ſic vicit reſtituere amittenti vltra mortale cõmiſſum. niſi ſit quid paruum.

¶Si vicit ab eo qui alienare nõ potuit: vt ſeruo. religioſo. vxore. filio familias. ⁊ hmõi tenetur reſtituere his qui habent curam illorum ⁊ eſt mortale ſi eſt quid notabile. ⁊ ſi ex cupipitate acquirendi ludit.

¶Si per multã importuninitatem traxit aliũ qui nõ intẽdebat ludere vel retinuit volentẽ recedere vltra mortale tenet̃ illi ſi eſt q̇d notabile

¶Si acquiſiuit ſeu vicit per ludūz hmõi in locis vbi ꝓhibetur ludus ⁊ mãdatur fieri reſtitutio ſiue legibus imperialibus ſiue municipalibus ⁊ ſeruatur quantũ ad vtrunqꝫ debet tunc fieri reſtitutio illi qui amiſit. ſec⁹ ſi leges ille ſunt abrogate per contrariã conſuetudinem.

¶Si vicit per ludũ in alijs caſibus exceptis p̄dictis. nõ tenet̃ illi reſtituere qui amiſit ꝙ̄uis poſſit elemo

ſpualiter ſi ſit pauper elargiri: ſed debet pauperib⁹ erogare de honeſtate ⁊ conſilio. Scdm aliquos tenetur de neceſſitate quod tutius eſt. Non opoꝛtet tamen tales ſtringere ita ad certam reſtitutionē: ſicut in furtis. vſura. ⁊ hmōi. Scdm vo Ray. ſunt quedā perſone quib⁹ indiſtincte tenet̃ quis reſtituere qcquid ab eis lucratus fuerit in alee ⁊ taxilloꝝ ludo: videlicet furioſi. ꝓdigi. minoꝛes. xxv. annoꝛuʒ ⁊ maxime pupilli. Item mente capti. ſurdi. muti. ceci. et qui ꝑpetuo moꝛbo laboꝛant: quia tales rebus ſuis intereſſe id eſt pꝛouidere nō poſſunt propter quod dandi ſunt eis tutores ⁊ curaroꝛes.

¶ Idem videtur dicendum de ſeruis. monachis. ⁊ ceteris clauſtralibus ⁊ filijſfamilias qui non habēt peculium caſtrenſe, vel quaſi et de vxoꝛe que non habet bona parafrenalia ⁊ etiā de adminiſtratoꝛibus rerum eccleſiaſticarū que ſunt pauperum ⁊ de ſimilib⁹ perſonis: tn̄ tales pecunie nō ſunt reſtituēde eas ꝑdētibus ſed tutoꝛi. curatoꝛi. patri monaſterio. domino. marito. eccleſie ⁊ hmōi. De reſtitutione taliū vide plenius in ſum. in. ij. parte de reſtitutione ludi. De alijs vo que cōtingunt in ludis: vt fraudes blaſphemie amiſſiones tp̄is ⁊ hmōi habes diffuſe in alijs capitulis.

¶ De inquietudine.

Aquietudo circa tp̄alia acquirenda ⁊ conſeruanda.

¶ Si habuit īmenſam ſollicitudinem crca hmōi ⁊ pꝛopter hoc dimiſit aliquid neceſſarium ad ſalutem vt miſſam et hmōi eſt moꝛtale. Si vo nō dimiſit neceſſaria ſed remiſſioꝛ fuit quo ad ſpiritualia veniale eſt. Si habuit nimiam ſollicitudinem circa hmōi ex parua confidentia auxilij dei in ſe non eſt moꝛtale ſed videtur veniale. eſt tamen multum impedimentum deuotionis ⁊ alioꝝ bonoꝝ ſpiritualium.

¶ De inhumanitate retinendi tenaciter. c. vij.

Varitia in retinēdo tenacit̃ ſeu inhumanitaſ nō faciendi elemoſynas coꝛpales indigentib⁹ qn̄ pōt hoc vſu ꝯtinet̃. ſ. Viſito. poto. cibo. redimo. tego. colligo. cōdo

¶ Si habens ſupfl̄ua quo ad naturam ⁊ quo ad decentiam ſtatus ſui pꝛo ſe ⁊ famlia ſua nō ſubueuit neceſſitatib⁹ alioꝝ etiā nō extremis: ſed magniſ quas nouit moꝛtale eſt

¶ Si habens de ſupfl̄uo quo ad naturā ⁊ ſi nō quo ad decentiā ſtatus ꝓ ſe ⁊ familia ſua nō ſubuenit pauperib⁹ in extrema neceſſitate quos nouit moꝛtale cōmuniter iudicat̃.

146

Sed hic oportet multa conſiderare ad bene intelligendū. Uide de hoc in ſecunda parte tit. i.

¶ Si nō ſubuenit indigentibus de induſtria ⁊ arte ſua cum potuit vt medicus medendo et viſitando infirmoſ pauperes ſine ſalario. aduocatus in aduocando. procurator in procurādo ⁊ huiuſmodi videt̄ mortale.

¶ Si quis non ſubuenit pauperib⁹ neceſſitates extremas patientibus cum poſſet. vel tardauit dare ⁊ exaſperauit pauperes veniale eſt.

¶ Si parauit paupib⁹ nimis ſumptuoſa vel nimia queſtuantib⁹ ſine cauſa non indigentibus vel vtentibus male elemoſynis peccatum eſt potius q̄ȝ meritum.

¶ Si laborantib⁹ pro eo in quocūqȝ miniſterio nimis diſtulit dare eis mercedem vltra conuentiones factas cum tamen poſſit ſoluere poſſet eſſe mortale ſi incurrerent graue damnum vel ſcandalum. Idem ſi aliquid defraudauit.

## ¶ De Auaricia amandi res inordinate. Cap. viij.

Ota q̄ ſi quis res etiaȝ iuſte acqſitaſ ita inordinate amat vt inhereat eis vt fini cuius ſignū eſt quando propter eas non amittendas eſſet paratus facere contra aliquod preceptorū dei peccat mortaliter: quia plus diligit creaturaȝ q̄ȝ deum. Si autem nullo modo vellet facere contra ſalutem ſuam propter hmōi temporalia quāuis inordinate efficiatur ſeu amet ea veniale eſt.

## ¶ De prodigalitate contraria auaricia. Cap. ix.

I ſuperflue expendit ſuā ſubſtantiam vel in edificijs ſumptuoſis vel in equis vel in conuiuiis delicioſis vel frequentib⁹ vel paleſtris vel ludis vel ornamentis vl' turpitudinibus ⁊ precipue mulierū vel in enſenijs vel hyſtrionibus et hmōi peccatum eſt. ⁊ quādo eſt notabilis exceſſus ſi eſt ſine conſenſu eſt veniale vel nullum: etiam de re notabili ſm proportionem ſui ſtat⁹ eſt mortale vel in modico eſt veniale. Deſcendere autem ad particularia: puta determinare quando eſt mortale vel veniale nō de facili poteſt dari iudicium certū a quo cognoſcatur.

## ¶ De inuidia que eſt quartum vitium capitale. Titulus. ij. de inuidia ⁊ eius ſpeciebus. iiij. ⁊ habet capitula quattuor.

¶ Primum.

Nuidia eſt triſtitia de alieno bono inquantum deſiderat̃ vt diminutiuum proprie excellẽtie: et ſi ſit ex conſenſu rationis mortale eſt. niſi eſſet de aliqua re parua: ſicut puer qui ĩuidet alteri puero ꝙ habet plures fructus et hmõi. ſed ſi ſit ſm motum ſenſualitatis et cũ diſplicentia ratiõis eſt veniale vel nullum etiam de re notabili. Interrogandum eſt ſm ſtatum de hmõi inuidia: ſcʒ ſi prelat⁹ alteri prelato inuidet de maiori prelatione vel dignitate. Si eſt officialis de maiori et digniori officio. ſi doctor de maiori ſcientia et cõcurſu. ſi ſcholaris de acutiori ingenio alterius ſcholaris ſi ciuis de maiori honore et reputatione alterius. ſi ſpiritualis de maiori fama alterius. ſi mulier de alterius marito. filijs. ornamentis. pulchritudine et huiuſmodi. ſi artifex de artificijs artis ſue et lucro et ſic de alijs. Si quis cum dolet de bono proximi ſui non ex eo ꝙ ille habeat ſed de defectu ſuo: quia ipſe illo caret contentus tamen ꝙ proximus habeat nõ pertinet ad inuidiam. et ſimiliter ſi doleat de bono inimici ex hoc ſolum qui timet inde ſibi nocumentum non proprie pertinet ad inuidiam.

¶ De odio et alijs filiabus inuidie et primo de odio. c. ij.

I habuit odium ad deũ quia flagellauit eum vel impediuit mala deſideria eius vel alia de cauſa mortale eſt.

¶ Si habuit odium ad proximũ deſiderãs malum eius vt malũ et ſi eſt malũ notabile quod illi appetit ratiõe deliberata mortale eſt ſiue malum ſit in perſona vel fama vel ſubſtantia vel alio modo. ſecus autem ſi non conſenſit ratione vel ſit quid nõ multum damnoſum. Si vo deſiderauit malum alteriuſ videlicʒ infirmitatem in bonum eius: vt ſcilʒ bonus efficiatur vel ne peior vel ne alijs noceat nõ eſt odium. Interrogandũ et inueſtigandũ eſt hoc caute. Nam laici omnem diſplicentiã ſolent appellari odium que tamen non eſt niſi modo dicto. Item odiũ contra vnum reputant tñ vnũ peccatum.

¶ Sed nota ꝙ ſicut ĩ alijſ ſic in iſto quotiens reuocando iniuriã menti de nouo habuit odium ad illum cum conſenſu rationis totiens peccauit mortaliter. Interrogãdũ eſt etiam de tempore ſcilicet quantum perſeuerauit et quomodo frequenter odiuit.

¶ Item ꝙ dimittet omne odiũ: ſed non oportet: ĩmo non debet illi pe



142

tere veniam quez odiuit ſi peccatū
eſt occultum niſi cum verbis vel ali
is modis offendiſſet.

¶De ſuſurratione que eſt ponere
diſſenſiones inter amicos propter
malam intentionem.c.iij.

J queſiuit ponere diſcordiaz
inter amicos vel cōſanguine
os dicens vni malum de altero vel
ecōtra.vel referens ſtudioſe q̄ poſ
ſunt cauſare hmōi: qa mortale eſt.
Et nurus erga ſocrum. ꝛ ſocrus er
ga nurum ſolent his vacare.

¶Si dixit aliqua verba vnde orta
eſt diſcordia inter amicos vel con
ſanguineos:ſed nec hoc intendenſ
ſed icaute. de ſe nō eſt mortale ſed
poſſet eſſe ratione ſcandali.

¶Si quis intendit diſſoluere ma
las amicicias vel conuerſationem
alicuius cum alijs ne decipiat̄ con
gruis remedijs non eſt malum.

¶De exltatione in aduerſis.c.iiij.

J vidēs damna euenire ꝛ ma
la his quib⁹ inuidet vel odi
um habet letatur deliberato aīo de
malo illoꝝ mortale eſt. ſecus autez
ſi non deliberato animo. Letari au
tem de malo inimici nō inquantuz
malum eius:ſed inquantū non po
terit nocere vel al's iniuſte eum op
primere poteſt eſſe ſine peccato.

¶De triſticia in proſperis.

E triſticia in proſperis q̄ hoc
modo differt ab inuidia: qa
triſtatur de bono proximi et ꝓpter
hoc cogitat quomodo male habeat
ꝛ deſiderat. Sed contingit ſepe ꝙ
nō patitur illa damna que ꝛ appe
tit.ſed magis proſperatur ꝛ de hoc
triſtatur ꝛ eſt mortale vbi eſt cōſen
ſus rationis.

¶De ira que eſt quintum vitiū ca
pitale.ti.iij.ꝛ habet.ij.capitula.

¶Primum.

Ra eſt appetitus vindicte et
vitium capitale ꝛ frequenter
miſcetur cum odio.

¶Si propter aliquem defectū in ſe
vel in altero cōmiſſum deſiderauit
vindictā ſeu punitiōem quōcunq
vel per ſe vel a deo vel ab alio intē
dens ſolū ſatiſfacere animo ſuo ira
to.ꝛ eſt mortale qn̄.ſ.ſolum intēdit
punitionem preter ordinem rōnis.
ſi notabile malum eſt ꝛ cum conſen
ſu rationis.al's veniale:vt ira quo
tidiana in gubernatiōe familie.

¶Si iratus in ſeipſum propter ali
quem defectum turbatur contra ſe
veniale eſt cōmuniter.

¶Si iratus contra deum propter
aliquod flagellū murmurat in cor
de vel ore impatienter ferens ꝛ po
teſt eſſe mortale et veniale ſm mo

dum impatientie.

¶De indignatione et alijs filiab⁹ ire.c.ij.

Si indignatus cõtra aliquem non valẽs audire eum vel videre reputãs eum indignum eo ꝙ sibi diſplicuerit cum debuit ſeruire potius eſt veniale cõiter. ⁊ ſi ꝓpter hoc retinet ſibi loquelam vel aliud ſignum oſtendit diſplicẽtie: q̄s auferenda ſunt propter ſcandala proximoꝝ ⁊ opinionem odij.

¶De tumore mentis.

Si excogitauit diuerſas vias ⁊ modos ad vindicãdũ ſe de iniuria ⁊ his multiplicauit mentez cogitationib⁹ altercatiuis ſm proceſſum põt eſſe mortale ⁊ veniale.

¶De clamore.

Si ex ira clamauit contra aliquẽ inordinate ⁊ confuſe ⁊ furioſe loquendo eſt veniale cõiter.

¶De contumelia.

Si dixerit alteri verba contumelioſa vel iniurioſa vel importãtia vitia vel opprobria aĩo iniuriandi notabiliter: vt vocãdo eũ proditorem vel inhoneſtam perſonam ⁊ dicendo mala de parentib⁹ ⁊ hmõi mortale eſt.

¶Si dixit verba opprobrioſa familie ſue vel diſcipulis vel ſibi ſubditis cauſa correctiõis ſi ſit modo debito ⁊ honeſto eſt ſine peccato vel cõmuniter eſt veniale niſi infamatoria diceret ⁊ ſequeretur ſcandalũ magnum.

¶De blaſphemia et maledictione creaturarum.

Si blaſphemauit animo deliberato aliquem vt percuteretur tali maledictione in malũ eſſet mortale: niſi hoc effectaret in emendationem eius. Si v͛o hoc non deſiderauit ſm rationem ſed ſm ſubitum motum ire eius cuius ſignum eſt: quia ſi hoc ꝯtingeret valde doleret: ſicut fit a parentibus cõmuniter veniale eſt.

¶Si maledixit creaturas irrationabiles: quia ſi fecit in deteſtationem creatoris vel in damnum domini eius eſt mortale al's veniale ⁊ ocioſum.

¶Si blaſphemauit animas defunctorum ſuorum parentũ vel aliorũ hominum videtur mortale: quia videtur intendere notabile malum. Idem cum ſeipſum maledixerit ex impatientia.

¶Si blaſphemauit diabolum malum eſt: quia ocioſum ſaltem.

¶De maledictione dei ⁊ ſanctoruz dictum eſt ſupra primo precepto.

¶De rixa.

De rixa per quã ex ira in ſeinuicem hoĩes percutiunt. i. cũ

ſit animo nocendi vel iniuriãdi vt in adultis eſt mortale in incipiēte. Idem in proſequente animo vindicatiuo. ſecus ſi animo defendendi ſe tantum vel etiam ad exercitiū vt pueri.

¶De ſeditione.

E ſeditione que eſt quando vna pars ciuitatis inſurgit contra aliā: ex parte eius que mouet eſt mortale cum omnibꝰ ſequacibus eius ꝛ tenetur de omnibꝰ dānis inde ſecutis alteri parti.

¶Ex parte autem eius que reſiſtit ſeditioni iniuste mote contra ſe vł bonum ciuitatis non eſt ſm ſe peccatum: niſi miſceantur odia et vindicatiōes prout cōmuniter accidit Quando ex reſiſtentia alteri parti inſequerentur multa pericula ꝛ mala cedendum eſſet. alˀs nō euaderet multa peccata que in conflictu partium ſequerentur.

¶Si quis etiam ita partialiſ eſt vt Guelphus ꝛ Gibellinus ſeu aliter ꝑtialis: ita obſtinato animo ꝙ appetit exterminium alterius partis ſeu exilium per fas ꝛ nephas. paratus etiam in alijs ſequi partez ſuā non eſt ſine mortali ꝛ in malo ſtatu perditionis.

¶De bello.

I quiſ mouet bellum iniuſtū mortaliter peccat ꝛ omnis q dat auxilium conſiliū ꝛ fauorem ſimiliter peccat mortaliter. De damnis autem que ibi fiunt ꝛ de reſtitutionibus ꝛ quid ſit iuſtum vel iniuſtum vi de in. iij. parte. De homicidio dictum eſt ſupra. c. v.

¶De Accidia que eſt tertium capitale vitium. tit. iiij. ꝛ habet. c. quinqꝫ

¶Primū. c. de eadem.

Ccidia importat tedium bene operandi. ¶Si ita contriſtatus ꝛ tediatꝰ eſt ꝙ habuit in horrorem bona diuina ꝛ in abominationem ſpiritualia et opera bona ad que tenetur: vt precepta dei ꝛ eccleſie ꝛ hmōi. quando adeſt conſenſus rationis eſt mortale. ſed ſi habet talem motum tm̄ ſm cenſualitatez cū diſplicentia rationis eſt veniale.

¶Si autem eſt cōtriſtatus de morte conſanguinei vel alio caſu ꝙ penitet eum benefeciſſe vel proponit amplius nō benefacere mortale eſt

¶Si ita cōtriſtatur ꝙ vellet nunꝗ fuiſſe creatus a deo. ſeu nō eſſet natus in mundo. vel eſſet ſicut brutuz animal vł mori quomodocūqꝫ ſiue bene ſiue male diſpoſitus. dūmodo hinc exiret talis triſticia cum ꝯſenſu rationis eſt mortale.

¶Si etiam ita contriſtatur de aliquo caſu aduerſo ꝙ īcurrit grandē

infirmitatem propter nimiã triſti/ tiam perdens ſomnũ. dimittens ci bum. ⁊ hmõi videt̃ mortale qñ po/ teſt ſe iuuare contra hmõi.

¶Si cõtriſtatur ex conſideratio ne bonoꝝ que habẽt alij quibꝰ ipſe eſt priuatus vilipendens oĩa ſibi data a deo ⁊ inde ſumẽs tediũ bene ope/ randi ſm conſenſum rõnis: illa ac cidia eſt cõmuniter veniale. ⁊ in ꝑ/ ſonis ſpũalibus reperitur.

¶Si cõtriſtatur ex hoc ꝙ bona pro poſita que fecit ſepe frangit. ex hoc incurrit tedium bene operãdi qua ſi ſibi videatur non poſſe perficere accidia eſt in ſpiritualibus incipiẽ tibus deo ſeruire.

¶Si ex frequentia tentationum at tediatur in laborando ⁊ reſiſtendo veniale eſt. ſi tamen reſiſtat in inci/ pientibus contingit ſepe.

¶Si attediatur in bonis operibus vel bene operando. orando. audiẽ/ do predicationes. legendo lectiões aut dicendo officium ⁊ hmõi: non tñ dimittit de neceſſitate fienda cõ muniter eſt veniale ⁊ ſatis etiaʒ in ſpũalibus reperitur.

¶Si triſtat̃ de aliquo defectu ma/ gis ex eo ꝙ apparet defectuoſus co ram hominibus ꝙ̃ coram deo acci dia eſt ⁊ frequenter veniale proce/ dens ex ſuperbia.

¶De filiabus accidie. c. ij.

De filiabus accidie in quibus eſt difficile cognoſcer̃ qñ ibi ſit peccatũ mortale: niſi cũ miſcet̃ cũ aliquo peccato: vt cum omittit̃ ali/ qđ preceptũ: niſi deprimat ita men tem ꝙ tollat caritatẽ dei ⁊ ꝓximi.

¶De deſperatione.

Si deſperauit de miſericordia dei exiſtimans non poſſe vel non velle ei parcere: etiã reuertẽti ad penitentiam. vel nõ poſſe abſti/ nere a peccatis cum adiutorio dei eſt mortale ſm deliberationem ⁊ cõ ſenſum. Secus ſi ſm aliqueʒ impul ſum tentationis.

¶Si deſperauit ſe non poſſe eua/ dere aliquas miſerias mundi. vel pericula propter que decreuit ſe oc cidere eſt mortale. ⁊ ſi aliquid fecit ad hoc multomagis.

¶De malicia.

Si contempſit diuina ⁊ ſpũa/ lia bona ex triſtitia aggrauã te mentem mixta cum accidia mor tale eſt. Si aũt contemneret ⁊ refu/ geret ea per que poſſet vitare pecca tum: qa tunc ꝑtinet ad blaſphemiã in ſpũmſanctum vt infra dicet̃.

¶De puſillanimitate.

Si ſubtraxit ſe ab illis bonis ad que erat raptuſ timore de ficiendi: vt a ieiunijs. ab ingreſſu religionis. a prelatione iniũcta. ab



149

officio predicatiõis ꝛ audientia cõ feſſionis iniunc:e ꝛ hmõi eſt cõmu niter veniale· niſi eſſet preceptũ in re quod dimit:itur·

¶De rancore·

Ji habuit indiſplicẽtiam ꝛ te⸗dium corrigentes eum ꝓpter correctionem eſt veniale· niſi illos odiret ꝛ tunc odium eſt mixtum·

¶De ocioſitate que procedit ex tedio·

Ji ſtetit ocioſus nihil boni o⸗perans corpale vel ſpũale vn de amittit temp? irrecuperabile vi⸗detur veniale·niſi ex ocio addatur aliquod vitium quod frequẽter ac⸗cidit ꝛ quanto tpe ſtetit ocioſus·

¶De torpore ſeu pigricia be ne operandi·

Ji fuit tardus ad bene operã dum lʒ iſtud fecerit· tardus ad eccleſiã·ad orandum·ad elemo⸗ſynas dandum ꝛ hmõi cõmuniter eſt veniale·niſi ex tarditate omitte retur preceptũ:vt qa cito nõ ſubue nit patienti extremã neceſſitatẽ cũ teneť: vt infirmo vnde ſequiť mors ꝛ hmõi tunc eſt mortale.

¶De euagatione mentis.

Ji habuit diſtractionem men tis in oratione ꝛ fuit in ea·vľ cum voluntate euagať vel audien⸗do predicationem ꝛ diuina mente cogitauit vana ꝛ inutilia eſt cõmu⸗niter veniale·niſi addatur aliquod ſpeciale peccatum· vel per totũ offi cium ad quod obligať ex precepto vel audit noua vel ſi loqtur inuti⸗lia vľ ex tedio mutat loca hincinde vel diſtrahit ſenſus ꝛ mẽbra diuer⸗ſimode eſt veniale cõmuniter·

¶De negligentia ſeu tepiditate·c tertium·

Ue eſt remiſſio voluntati cir ca ea q̄ debet facere ĩ hac quo tidie oẽs offendunt ſed venialiter niſi omittatur aliqđ neceſſarium·

¶Si fuit negligẽs circa opera mi⸗ſericordie ſpiritualia que hoc ver⸗ſu continẽtur:Conſule·caſtiga·di⸗mitte·ſolare·fer·ora· ¶ Nota ꝙ ſub conſule comprehenditur doctrina ꝛ docere ignorãtem·precipue ad ſa lutem vtilia·

¶Si fuit negligens ad addiſcen⸗dum neceſſaria ad ſalutem:vt pre⸗cepta dei ꝛ eccleſie generalia: quia hmõi ignorantia nõ excuſat·vel ad eundum ad predicationem. ꝛ vtile eſt iniungere ideotis vt predicatio nes aliquas audiant·

¶Si fuit negligens ad procuran⸗dum ſibi ſacramenta et ſue familie et ſi ex negligentia ꝛ dilatione mor tua eſt proles ſine baptiſmo eſt mor tale·

¶Si infirmus mortuus eſt ſine cõ

feſſione ꝛ cõmunione vel extrema vnctione: cum ex negligẽtia craſſa procedit videtur mortale vl' graue veniale ſm ꝙ plus indigebat.

¶Si fuit negligẽs ad procurandũ ſacramentum confirmationis.

¶Si iteꝝ feciſſet dare ſacramenta baptiſmi confirmationis vel ordinem ſacrum ſcienter mortale eſt ꝛ contrahitur irregularitas in ſuſcipiente.

¶Si fuit negligens ad fraternam correctionem cum tenetur: videlicꝫ de occulto peccato ꝛ mortali ꝛ inde ſperabat emendationem illius tũc eſſet mortale dimittẽdo omnino illam. veniale ꝯo retardando. vel de his que non ſunt mortalia.

¶Si non ſeruauit ordinem debitũ in fraterna correctõe vl' nimis aſpere vel tempore vel loco ĩdebito peccatum eſt.

¶De negligentia confeſſionis. c. iiij.

Ji omiſit ad minus ſemel in anno cõfiteri vel ex negligentia vel ignorãtia mortaliter peccauit. ſecus ſi ex impotentia: videlicꝫ quia non habet copiam cõfeſſoris: ſed ſi poſtea cum habet copiam cõfeſſoris non ſuppleuit defectũ mortale eſt.

¶Si fecit confeſſionem fictam ſcienter dimittens aliquod mortale vel quod dubitabat vel credebat eſſe mortale: etiam ſi non eſſet mortale mortaliter peccat ꝛ tenetur iterare confeſſionem.

¶Si dicit ſe eſſe contritũ de oĩbus peccatis ꝛ diſpoſitum ad abſtinendum ꝛ ſatiſfaciendum cum hoc nõ intenderet mortaliter peccauit ꝛ tenetur iterare confeſſionem.

¶Si penitentiam ſibi iniunctam pro mortalibus ex negligẽtia omiſit facere peccauit mortaliter et tenetur iterare confeſſionem ſi eſt illius oblitus penitentie.

¶Si ſcienter confeſſus eſt ei quem ſciuit excõicatum vel ſuſpenſum vl' non habentem auctem: puta quia ſymoniace acceptauit bñficium vel ꝗa intruſus eſt per laicam poteſtatem peccauit mortaliter ꝛ tenet' iterare confeſſionem.

¶Si confeſſus eſt in excõicatione maiori exiſtens quam neſciuit ipſe nec confeſſor eius: abſolutus tñ fuit a peccatis oportet iterum cõfiteri: quia non fuit capax abſolutiõis tunc propter excõicationem.

¶Si cõfeſſus eſt ei qui non habet ſufficientem ſcientiam peccat. et ſi fuit adeo ignorans ꝙ neſciuit diſcernere peccata eius precipue cõmunia tenetur iterare confeſſionem.

¶ De negligentia circa cōmu/
nionem.c.v.

I omiſit cōicare ſemel in an/
no:ſcʒ in paſcha reſurrectio/
nis poſt annos diſcretionis pecca
uit mortaliter:niſi fuiſſet legitime
impeditus:vt qa alteratus ſtoma/
cho vel excōicatus: querens tñ ab/
ſolutionem. vel de licentia proprij
confeſſoris per aliquot dies differ/
ret.ꝛ in hmōi caſibus debet ſupple
re defectum quando poteſt.

¶ Si non cōicauit ieiunus:ita.ſ.ꝙ
poſt mediam noctem aliquid ſum/
pſit per modū cibi vel potus pecca
uit mortaliter:niſi eſſet grauiter in
firmus:quia tunc licet.

¶ Si cōionem ſumpſit cū ſtaret cū
propoſito alicuius peccati mortaliſ
vel cum eſſet excōmunicatꝰ hoc ſci
ens vel ignorans ignorātia craſſa
peccauit mortaliter.

¶ Si nō cōfeſſus de aliquo mor/
tali peccato cōmiſſo vel aduertēter
ex verecundia vel inaduertenter ꝑ
pter indiſcuſſionē cōſcientie vel ex
ignorantia craſſa ꝛ ſupina ſumpſit
cōionem peccauit mortaliter.

¶ Et nota ꝙ ſi quis omittit cōfeſſi
onem vel cōionem in tpe ſtatuto co
nari debet ꝯfeſſor vt inducat eū ad
ſupplendū defectū: niſi ſit oīno nō
bene diſpoſitus. ¶ Item cum repe/
rit aliquem deditum vitijs turpi/
bus ꝛ alijs vſqꝫ ad finem quadra/
geſime:cautum videtur ne admit/
tat ſubito ad cōionem: ſed prolon/
get ſibi tempus per aliquas ebdo/
madas. De alijs ꝟo defectibuſ qui
cōmittunť circa cōionem ꝛ miſſam
vide in.iij.parte de clericis.

¶ Si exiſtens excōicatus maiori ſci
enter participauit audiendo diui/
na in eccleſijs aut ſacramēta perci/
piendo peccauit mortaliter.

¶ Si participauit in crimine cū ali
quo propter quod ille cum quo par
ticipauit erat excōicatus: videlicet
quia verberauit clericū:vt.c. ſi con
cubine.de ſen.ex. Vel ſi aliquis cle/
ricus ſubijcit ſe alicui laico verbe/
randum ad placandum eum de in
iuria ſibi illata:clericus ille efficiť
excōicatus:qa participat in crimi/
ne cum verberāte propter quod eſt
excōicatus ꝛ mortale eſt:vt.c.cōtin
git.de ſen.excom.

¶ Si exiſtens excōmunicatus ma/
iori ſcienter participauit cum alijs
fidelibus etiam extra diuina:preci
pue in his que continentur in hoc
verſu: Os orare vale cōmunio men
ſa negatur. Et ſi fecit ex cōtemptu
contra prohibitionem ſuorum ſu/
periorū peccauit mortaliter alſ ve/
nialiter ꝛ efficitur excōmunicatus
minori a qua poteſt abſoluere om/
nis qui habet eum audire in con/

feſſione. Excipũitur tamen quinqꝫ caſus in quibuſ licet participare cũ excõmunicatis qui continentur in hoc vſu: Utile lex humile res igno rata neceſſe. Hec anathema quidez faciunt ne poſſit obeſſe. quos vide in. iij. parte ſumme.

¶ Quint⁹ titulus de inani gloria ⁊ habet tria capitula.

¶ Primum.

De inani gloria que eſt quin/tum vitiũ capitale importãs inordinatum appetitũ laudis hu/mane ſeu inordinatã complacentiã eius cui offertur. ⁊ cum ſit aliquod opus principaliter propter laudem propriam amittitur eius merces et peccatum incurritur. ⁊ interrogan dum eſt ſm ſtatum hominũ de di/uerſis materijs in quibuſ homines querũt ſibi laudem: videlicet a do/ctore de ſcientia ⁊ doctrina a ſcho/lari de ingenio ⁊ diſputatione a re ctore de regimine. a mulieribus de ornatu ⁊ hmõi.

¶ Si queſiuit laudem ⁊ gloriam de opere peccati mortalis mortaliter peccauit ſi ſm ratõnem deliberatã hoc egit. ſecus ſi ſm modum ſenſu/alitatis vel etiam ſi de aliquo veni ali gloriatur.

¶ Si opera ſua de genere bonoruz vt ieiunia elemoſyne ⁊ huiuſmodi quaſi omnia ad laudem humanam fecit mortale videtur cum ibi con/ſtituit finem. ſecus ſi aliquid ho/rum aliquando.

¶ Si ita inordinate accepit laudez de aliquo opere ꝙ propter eam con ſequendam paratus erat facere cõ tra aliquod preceptorum peccauit mortaliter. In alijs autem caſibus videtur veniale.

¶ De ĩmodeſtia ornatus. c. i.

De ĩmodeſtia ornatus que p/cedit frequẽter ex inani glo/ria. lz etiam ex alijs cauſis poſſit p cedere: ⁊ precipue mulieres iuuenes de hoc interrogande ſunt: ſcꝫ de or natu capillorum fucorum gemma/rum veſtium precioſarum ⁊ fodera turis ⁊ caudis earuz ⁊ planellis ni mis altis ⁊ coronis capitis ⁊ hmõi in quibus aliquãdo eſt mortale ali quando veniale.

¶ Si vſus vel vſa eſt fucis vel alijs ornamentis ad oſtentationẽ ⁊ ina/nem gloriaz ſi de hmõi ſuperbiuit vel gloriata eſt mortale eſt ſi tantã delectationem habuit ad laudem ⁊ gloriam illã ꝙ non curauit tranſ/gredi mandata dei ⁊ eccleſie.

¶ Si vſus vel vſa eſt fucis vel alijſ ornamẽtis ad inducendum homi/nes ad ſui concupiſcentiã extra ma

151

trimonium mortale eſt indubitatū·
Si ita inordinate delectatur in hu
iuſmodi: ita ꝗ etiam ſi ſciret homi
nes ex ſui ornatu ſcandalizari·i·tra
hi ad ſui concupiſcentiã nõ curãs
de ruina proximi mortale eſt·

¶Si ad complacendū viro ſuo vel
ad inueniendū virū ſi eſt innupta·
vel ne deſpiciatur ab aliis vl' ex ali/
qua leuitate vſa eſt fucis vel aliis
ornamentis ſuperfluis de ſe nõ eſt
peccatū mortale ſed potius veniale
niſi hic ſit notabilis exceſſus in hu
iuſmodi vt poſſit iudicari de occaſi
one alioꝝ data ruine ꝛ nõ tm̃ acce/
pta quod eſt difficile iudicare·

¶Si habuit nimiã diligentiam et
ſtudium ꝛ tp̃s ad ornandum ſe vel
fecit exceſſum in portatura veſtiũ
vltra ſtatum ſuũ vel conditionem
vel nõ ſm morem patrie vel veſti/
bus nimis delicatis peccatum eſt·

¶Capitulum.iii·de filiab⁹ inanis
glorie ꝛ primo de ypocriſi·

J ſimulauit ſanctitatē habe
re per ieiuniũ orõnē ꝛ hmõi
cũ malus eſſet: ſi hoc egit ad conſe/
quendã laudem humanã conſtitu/
ens ſibi finem mortale eſt. al's veni
ale niſi aliud vitiũ adiungatur.

¶Si ſimulauit ſanctitatē per ypo
criſim intendens aliquid quod ſit
contra honorem dei vel vtilitatem
proximi: vt ſeminare errores· adi/
piſci indign⁹ eccleſiaſticã dignita
tem. decipere enim proximũ tpali/
ter vel ſpũaliter mortale eſt·

¶Si ſimulauit ſanctitatem exiſtẽs
malus vt dentur ei elemoſyne ſicut
ſancto viro vel procuratõnes eccle
ſiarum vt cerretani ꝛ ſimilia morta
liter peccauit·

¶Si ſimulauit maiorem ſanctita/
tem ſuam habuit vel occultauit ſu
um defectum ad edificatiõem pro/
ximoꝝ nõ eſt peccatũ vel leui veni/
ale eſt·aut ſi hoc facit ob aliquã va
nitatem vel inanem gloriam eſt ve
niale·

¶De iactantia·

J laudauit ſeipſum de aliquo
opere peccati mortalis mor/
taliter peccauit·Si autem de opere
venialis venialiter peccauit quan/
tum eſt de ſe·

¶Si laudauit ſe de aliquo ope bo
no: videlicet de virtute·de ſcientia
de induſtria vel diuitiis vel poten
tiis ꝛ hmõi ex ſuperbia ꝛ inani glo/
ria mortale eſt vel veniale ſm radi
cem ipſius ſuperbie vel inanis glo/
rie vnde procedit·

¶Si laudauit ſe ꝯtemnendo alios
vt phariſeus publicanum mortale
eſt·Si autem ex aliqua leuitate vel
vtilitate cõſequẽda veniale vel nul
lum eſt·

¶De ironia.

Si vilificauit ſe verbis vel factis plus ꝙ̄ ſentiat in ſe ipſo in mente dicens aliqua male de ſe que in ſe non cognoſcit veniale eſt ⁊ dicitur ironia.

¶De contentione.

Si quis contendit aduerſus alium contra veritatē ſcienter in rebus alicuius importantie mortale eſt. ſecus in rebus paruis ⁊ inaduertenter.

¶Si contendit pro veritate ſed nimis inordinate cōmuniter eſt veniale. ſed poſſet ibi eſſe tanta inordinatio ꝙ ratōne ſcandali ſequentis eſſet ibi mortale.

¶De diſcordia.

Si habens tractare aliquā cū alijs in cōmuni nolit concordari cum alijs de hiſ que ordinanť ad honorem dei vel primoꝝ vtilitatem ex eo ꝙ male afficiť ad eos vel vt oſtendat ſe plus ſcire ꝙ̄ alij mortale eſt. ſecus aūt ſi non concordat videlicet quia ſibi videť eſſe magis ſm deum ⁊ rationem quod ipſe intendit: q̄a tunc vel nō eſt peccatū vel leue. niſi ſit nimis pertinax.

¶De pertinacia.

Si fuit pertinax in ſententijs ſuis diſcrepans a cōmuni ceterorum conſilio vel iudicio cōmuniter eſt veniale periculoſum ⁊ inductiuum erroris.

¶De ſingularitate nouitatū.

Si fecit ſingularitates vel nouitates in conuerſatōne vite vel veſtibus vel ceremonijſ vł aliis adinuentionibus peccatum eſt. et ſi adinuenit aliquā malā conſuetudinem omnia ei imputantur.

¶De inobedientia.

Si non obediuit ſuperioribus ſuis ſpūalibꝫ vel tpalibus legibus canonicis vel ciuilibus rationabilibus. ⁊ ſiquidem tranſgreditur ſuperioꝝ ordinationes habentes vim precepti: vt q̄n mandatur ſeruari verbo vel ſcripto in virtute ſancte obedientie. vel ſub pena excōicationis vel carceris vel alijſ penis grauibus ⁊ hmōi equipollentis peccauit mortaliter. In alijs vero ordinationibus ſimpliciter factis tranſgrediendo eſt veniale. niſi fiat ex contemptu: quia tunc mortale quantumcunq̄ leuibus.

¶De gula. tit. vj. ⁊ habet. c. iij.

¶Primum.

Gula eſt ſextū capitale vitium ⁊ importat inordinatum appetitum ſeu delectationem circa cibum ⁊ potum. ¶Nota quinq̄ ſpecies ſeu modos qui ꝯtinentur in hoc verſu: Pre. propere. laute. nimis ardenter. ſtudioſe.

152

¶Si comedit vel bibit extra horã debitam ſine rationabili cauſa ⁊ vrgente.

¶Si eſt vſus cibis vel potibus lautis nimis ⁊ delicatis vltra conditionem ſui ſtatus. aliter enim decet comedere infirmum ꝙ ſanuꝫ. ciuẽ ꝙ ruſticum.

¶Si bibit vl' comedit ĩ nimia quãtitate ſm exigentiã ſue cõplexioniſ quod enim vni parum eſt nimium eſt alteri. Et plus comedere in die ieiunii ꝙ altera die nõ eſt de ſe malum pro vna comeſtione.

¶Si comedit vl' bibit cũ nimio ardore gule ſeu cũ nimia complacẽtia contẽtus magis ſatiſfacere delectationi gule ꝙ neceſſitati prouidere.

¶Si adhibuit ſeu adhiberi fecit nimium ſtudium et diligentiam circa cibaria delicata preparanda: vt cum varijs ſaporib⁹ ⁊ diuerſis modis ⁊ huiuſmodi. In his omnibus ſpeciebus vel modis gule tunc eſt mortale quãdo delectatio gule queritur vt finis: paratus facere contra precepta vt ſatiſfaciat delectationi gule. vel cũ comedit vſq; ad crapulam vel vomitum aduertenter: ſicut fit a pleriſq; ĩ carniſpriuio. vel vtitur aliquo cibo ex quo veriſimiliter credit incurrere magnam leſionem perſone. In alijs vero caſibus cõmuniter eſt veniale.

¶Si comedit carnes in quadrageſima vel in alijs ieiunijs eccleſie vl' in ſexta feria aut in ſabbato per totum annum niſi vrgente cauſa neceſſitatis vel infirmitatis peccauit mortaliter ſi ſine conſilio medici

¶Si vſus eſt lacticinijs tempore quadrageſime ſine cauſa infirmitatis ⁊ de ꝯſilio medici peccauit mortaliter. In aliis vero ieiunijs eccleſie ſeruari poteſt mos patrie quantum ad vſum lacticiniorum: qui mos ſi non appareat tutius eſt abſtinere.

¶De ebrietate.

Si bibit vſq; ad ebrietateꝫ aduertens ſe nimis bibere vel potentiã vini ſufficiẽtem ad inebriandũ vel de hoc dubitans probabiliter peccauit mortaliter. Secus ſi ignorauit potentiam vini vt Noe.

¶Si fuit cauſa inebriationis alterius aduertenter inducendo ad nimium potũ vel ponẽdo ſal in hmõi mortalit' peccauit. ſecus ſi fecit cauſa medicine.

¶Si induxit aliquem ad frangendum ieiunium eccleſie ſine cauſa legitima ſuis perſuaſionibus peccauit mortaliter.

¶Si induxit pueros ⁊ iuuenes ad lãbacitates ⁊ tabernas ⁊ huiuſmõi vt peruertat ad turpia.

¶Si frequentauit taberuam ſine

cauſa rationabili vel cuiõuia diſſoluta peccatum eſt.

¶De inſenſibilitate.

J abſtinuit ſe nimis a cibo ꝛ potu ꝛ alijs neceſſarijs vite propter quod incurrit infirmitatē cõiter eſt veniale: niſi fiat notabiliſ exceſſus ꝛ addatur obſtinatio contra admonitiones ex hmõi defectu quia tunc videtur mortale ratione periculi inde ſequentis.

¶De filiabus gule ꝛ primo de ebritudine. c. iij.

J ex fumoſitatibus inordinate cõmeſtionis ꝛ potus incurrit ſcurrilitatem vel groſſiciem intellectus. ꝛ ex hoc ineptitudinē intellectus vel ineptitudinem legendi orandiq; eſt veniale cõiter.

¶De loquacitate.

J nimis locutus eſt ſeu dixit verba ocioſa ꝛ ſine neceſſitate et rationabilitate cõmuniter eſt veniale.

¶De ſcurrilitate.

J fecit actus ſeu geſtus inordinatos ꝛ ſi ſint prouocanteſ ad libidinē extra matrimoniū eſt mortale. ſi vero ad diſſolutionem vel leuitatem vt ventoſitatem et hmõi veniale eſt.

¶De inepta leticia.

J habuit ineptam leticiam ꝛ vanam in ludis ꝛ iocis cõmuniter veniale eſt niſi addatur aliquod vitium.

¶De choreis.

Horee que fiunt cū inordinata leticia ſunt mortalia qnq; modis. Primo cum fiunt ex libidine. Secundo cum fiunt in eccleſiis: quia ſacrilegiū eſt. Tertio cum fiunt a clericis ꝛ religioſis cum mulieribus ratione ſcandali. Quarto cum fiunt ex inani gloria vel vana leticia tam inordinata ꝙ ibi conſtituat̃ finis. Quinto cum tales choreizantes non curant de ſcandalo proximi eſt mortale. in alijs autem caſibus cõmuniter eſt veniale. Poſſet tamen quandoq; eſſe mortale: nec de facili de hmõi poteſt dari iudicium.

¶De imundicia.

E immundicia que poteſt intelligi cum quis imunde cõmedit ꝛ eſt veniale: ꝑcipue ſi ex hoc cõturbat alios: vel quia vomitum facit. ꝛ ſi hoc facit quia nimium cõmedit. vel quia auidiꝰ comedit peccatum eſt. Secus ſi cauſa medicine Vel poteſt intelligi de immūdicia pollutiõis: que cum accidit in ſomnijs non imputatur ad peccatū ſed peccatum poteſt eſſe in cauſa eius: ſcz ſi ꝓceſſit ex crapula vel turpi cogitatione precedēti vel ex negligen

tia·vel etiam poſt vigiliam recolẽs de ipſa immundicia habita in ſomnis turpibus delectatur· ⁊ ſi eſt cōſenſus rationis de huiuſmodi turpi delectione mortale eſt vel veniale vel nullum ſi ex alienatione nature·

¶De ĩmunditia ſeu pollutõne procurata nota ꝙ ſi quis qd agit hac intentione principaliter vt pollutionem habeat ſiue vigilãdo ſiue dormiendo mortaliter peccat· etiam ſi facit cauſa ſanitatis· Si autē ipſa pollutio etiam cōtingat in vigilia preter voluntatem ⁊ ſine procuratione non eſt mortale·

¶De luxuria tit·vij·⁊ habet·c.ij·

¶Primum·

¶ De tertia damnificatōne·ſ·in fama ⁊ honore ſciendum ꝙ quattuor modis pōt contingere·ſ· per contumelie illationem.per detractiōem· per detractionis ab alijs facte recitationem.per veritatis negationeꝫ cū quis accuſat̄ iuſte · Quantū ad primū dicit̄ quis ꝯtumeliari ſalteri ſeu ꝯtumeliā inferre cū priuatim ei vel coram alijs in faciem dicit ꝯtumeliam importantem notabilē defectum in culpe vocando eū latroneꝫ· lenonē·proditorē·adulteꝝ· ⁊ hmōi vel cum dicit verba exprimentia defectum nature:vt cū dicit intendēſ inde iniuriari:vt vocando eū ſtrabonē vel illegitimū ⁊ hmōi·qd proprie dicitur conuiciū·Qñ igit̄ quis facit hoc aīo iniuriādi vltra offenſam mortalē tenet̄ ſatiſfacere proximo leſo ⁊ ipſum placere quantū poteſt petendo veniā vel alio modo.⁊ hoc in ꝑuato vel publico ſm ꝙ ipſe priuatim vl' publice iniuriā intulit· ſeu cōtumeliā· nam ſi in publico cōtumeliam intulit ⁊ hoc contumelia tus requirit in publico veniam petat tenetur ad hoc ⁊ ſi in ipſa cōtumelia aliqd criminale falſo expreſſit tenetur coram illis qui hoc audierunt exprimere ſe falſum dixiſſe· Aug·Ubi peccatum inortum fuerit ibi moriatur.ij·q·i·c· ſi peccauerit· Ueꝝ ſi prelatus ſubdito·pater filio vir vxori· magiſter diſcipulo· dñs ſeruo dicit verba contumelioſa faciens hoc ex correctione non tenet̄ petere veniam a tali ſm Aug.in regula dicente de prelatis:Si ipſi modum vos exceſſiſſe ſentitis nō a vobis exigitur vt a vobis ſubditis veniam poſtuletis ⁊c·Sed ſi hoc faceret multū iniurioſe et liuore vindicte tunc tenet̄ prelatus ſubdito

petere veniam ⁊ reconciliare leſum
ſm Ray. Uerum ſi contumeliā reci
piens in verbis poſt contumeliā ſi
domeſtice cōuerſatur cum cōtume/
liante ⁊ familiariter videtur oſten
dere ſibi remiſſam iniuriā ⁊ recōci/
liatū fore. ⁊ ꝯſequēter nō teneri alˀs
ad petendū veniā ſm Duran. i ſū.

¶ Quantū ad ſecundū damnū. ſ. p
detractionem. Hoc contingit fieri
principaliter duobus modis.

¶ Primo modo imponendo alicui
falſum crimen verbo. cantilena. vel
libello famoſo. ⁊ talis tenetur illis
coram quibuſ detraxit declarare ſe
falſum dixiſſe quantumcūqꝫ ei ex/
inde exurgat erubeſcentia ⁊ confu
ſio. niſi ex hoc ei īmineret magnū
periculum vite vel aliqđ magnū in
conueniens ſequeretur. ⁊ ſi nouerit
ꝙ is cuius famam abſtulit ſciuerit
detractorem ipm tenetur detrahēs
componere cum īfamato p eum de
iniuria ſibi facta ⁊ veniā poſtulare
in ꝓpria pſona ſi audet vel per aliū
ſi per ſe apte nō pōt. Sed ſi ignorat
diffamatus detrahentem reconcili
etur ei tacito noīe ſuo. ¶ Secundo
modo contingit fieri detractio di/
cēdo aliqđ criminale de alio ſed ve
re ppetratū occultum tñ ſed contra/
debitū ordinem infamie dictū. ta
lis tenetur famā reſtituere infama
to quantū pōt ſine mendacio. tū vt
ſcz non dicat mendacioſe ſe illū in
famaſſe ſed dicat ſe male dixiſſe et
iniuſte diffamaſſe. vel alio cōgruo
modo vt nō credatis ipm eſſe talez
male dixi ⁊ ſtulte locutus ſum ⁊ hu
iuſmōi. Addit Hoſt. ⁊ dicit hoc ſer/
uandū. niſi ex tali publica recogni/
tione ille infamatꝰ ampliꝰ infama/
retur. Et Uul. hoc etiā addit: Non
tenetur qñ periculuz ſibi īminet ex
potentia aduerſarij. Videt̄ inſuper
⁊ hoc ſeruandū qñ crimen qđ priuſ
erat occultū poſt denunciatōem fa
ctum eſt manifeſtum per aliū mo/
dum ꝙ per verba illius non tenet̄
ad hmōi reſtitutionem. qñ etiā nō
pōt quis famā reſtituere ſm Tho.
in ſum. debet per alium modū recō
penſare damnū illud. Vez ſi qs cri
men alicui occultū reuelat non ex
odio vel loquacitate ſed ex caritate
vel iuſticia vel ex neceſſitate. puta
dicit eccleſie ſm ordinem fraterne
correctionis. vel accuſat eum coraz
iudice vel confeſſore cū non poſſit
aliter peccatum ſuū ſufficienter de
clarare vel etiam vt cōfeſſor ore ad
moneat illum vel prelato vt melius
ſibi prouideat ⁊ gregi ſuo. talis nō
tenetur ad fame reſtitutionem ſm
Pe. Ray. ⁊ Alb.

¶ Quantum ad tertium damnum
ſcz recitando detractiones auditaſ
coram alijs non ex ſe aſſerendo nec

tanq̄ȝ certum dicendo ſed ꝙ audi/
uit tale vel tale crimē de aliquo qꝺ
neſcitur ab auditoꝛibus. dicit Sco
tus in.iiij.ꝙ talis ĩcaute ſic loquēs
de alio falſum crimen dicendo:foꝛ/
te ille fecit hoc certe poteſt eſſe ꝙ fe
cerit.aut dicendo ego audiui ꝙ il/
le hoc fecit niſi oſtēderet aliquam
certitudinem maioꝛem q̄ȝ ex relati
one communi non aufert ex natu/
ra actus illi famā in opinione au/
dientium:quia ſi illi firmiter conci
piunt ⁊ credūt illum de quo eſt ſer/
mo criminoſum leues ſunt: quia q
cito credit leuis eſt coꝛde. Pꝛouer.
Uerum quia a ſcandalo puſilloꝛum
cauere opoꝛtet iuxta illud Math.
xviij.Qui ſcādalizauerit vnum de
puſillis iſtis qui in me credunt ex/
pedit ei vt ſuſpendatur mola aſi/
naria in collo eius et demergat̃ in
pꝛofundū.Et quia multi ſunt tales
puſilli ⁊ leues.ideo periculoſum eſt
coꝛā eis talia audita referr̃.⁊ ſi hoc
fiat intentione mala.ſ.ledendi fa/
mā ei⁹ nō facile pōt excuſari a moꝛ
tali.Si autem fiat coram puſillis ⁊
leuibus ex inconſideratione.duruȝ
eſt dicere ꝙ ſit moꝛtale.⁊ dicūt ali/
qui ꝙ ſiqs ex tali relatione alicuiuſ
notam incurriſſe infamie tenetur
famā reſtituere coꝛam illis quibus
locutus eſt de illo.Sed ſi non eſt ſe
cuta infamia non tenetur.

¶Quantū ad quartū damnū con
tingit hoc qn̄ quis accuſat̃ in iudi
cio de crimine qꝺ cōmiſit ſed occul
to ⁊ nō ſufficienter pꝛobabili negat
ſe cōmiſiſſe et ſic indirecte crimen
imponit accuſatoꝛi oſtendens eum
in hoc mendacem ⁊ notat eum de
calumnia. Ubi dicit Sco.in.iiij.ꝙ
negans ſic non tenetur retractare
negationeȝ ſuam qn̄ negauit in pu
blico verum crimen.tenetur tn̄ per
quedā verba ſobꝛia reſtituer̃ famā
illi accuſanti quem indirecte nota/
uit de calumnia dicēdo: nō habea/
tis eum pꝛo calumniatoꝛe credo ꝙ
habuit bonam intentioneȝ in accu
ſando ⁊ hmōi.Econtra cū quis ac/
cuſatur ab alijs falſo de aliquo cri/
mine ex doloꝛe toꝛture cōfeſſus eſt
crimen qꝺ non cōmiſit cum ſe infa
mauerit tenet̃ inquantū poteſt de
clarare ſe falſum dixiſſe.magis enĩ
tenet̃ quis diligere ſe ⁊ ꝯſequenter
conſeruationem vite ſue ⁊ fame q̄ȝ
alios.⁊ ſi ex hoc ſequeretur ĩfamia
ĩmo etiam moꝛs accuſatoꝛis non ei
imputatur ſed malicie ipſius accu/
ſatoꝛis ſi aduertenter hoc fecit vel
inſipienter.Si ex erroꝛe hoc fecit ſi
bi ergo imputet quia ad hoc ĩdebi/
te ſe poſuit cum periculo alterius.
¶Item nota ſm̄ Pe.ꝙ ex iniurijs
illatis ex quibuſcunq̄ȝ modis ſolēt
tria oꝛiri per oꝛdinem in leſo. Pri/

mum eſt rancor in effectu· Secun-
dum eſt ſignum rancoris in effectu
Tertium eſt actio ↄtra iniuriantē
¶Primū ſcʒ rancorē ſtatim debet
dimittere iniurianti·i·nunq̄ʒ habe
re·Secundū debet dimittere cū in-
iurians petit veniā· ⁊ iſta dimiſſio
exterior non eſt aliud q̄ʒ acceptatio
quedā ſatiſfactionis vel indicatio
recōciliationis v̳bo vel facto expreſ
ſa:vt cū offenſus offendentē eleuat
genuflexū ante eū· vel cū dicit dn̄s
parcat vobis ⁊ hm̄oi.Tertium aūt
ſcʒ actionem de iniuria nō tenetur
dimittere niſi facta ſatiſfactione.
¶Sed aduertendū eſt circa ſigna
rancoris ꝙ quedā ſunt remota que
dam propinqua que ingerunt pro-
babilem ſuſpitōnem de rancore: vt
cum aliquis nunq̄ʒ vult iniurianti
loqui vel obuians ei diuertit ab eo
aut toruo vultu ſemꝑ aſpicit eum ⁊
hm̄oi·⁊ iſta ſigna nulli licet retine
re nec ante nec poſt ſatiſfactionem
ſibi factā:qa ab om̄i ſpecie mali ab
ſtinendum eſt ſm̄ Apoſtolū· Unde
talis non debet talia ſigna facere ꝑ
que credat̄ probabiliter eſſe in odio
Signa v̳o remota ſunt que non in
gerunt de odio argumentum· licet
odium ſequeretur : vt ſunt ſubtra-
ctio familiaritatis ⁊ ſeruiciorꝫ ali-
quorꝫ ⁊ ſimilia· ⁊ illa licet retinere
oībus ſiue poſt ſatiſfactionem ſiue
ante:dummodo non fiat malo ani
mo·ſed pro maiori ſui et alteriꝰ pa-
ce·nō aūt tenetur iniuriatus que-
rere pacem vel recōciliationē iniu-
riantis ipſo nō penitente·niſi in ca
ſu·ſ·cū crederet ꝓbabiliter ꝙ ꝑpter
hoc liberaret animā eius a mortali
odio ⁊ non eſſet occaſio mali : puto
q̄a ex hoc iniuriās ſupbiret vel au-
daciā ſumeret ſimilia faciendi vel
oſtenderet ex hoc iniuriatū offen-
diſſe ⁊ hm̄oi· Hec omnia Umbertꝰ
in expoſitione regule· Debet autē
fieri ſatiſfactio vel reſtitutio fame
q̄ʒcitius poteſt ⁊ adeſt oportunitas
ſine aliȷs periculis·

¶De quarta damnificatione.ſ.re-
rum exteriorum notandum primo
ꝙ reſtituenda eſt res rapta vel fu-
rata vel alio modo vſurpatiue habi
ta in propria ſpecie immo in indi-
uiduo ſi ipſa habet̄· nec poteſt dari
alia ꝓ ea eiuſdē bonitatis·niſi for-
te pecunia contra voluntatem dn̄i
ipſius rei·iiȷ·q·i·c·reintegrāda ſūt
omnia ſpoliatis · Et hoc verū niſi
in caſu cū vſurpatio rei aliene eſſet
occulta ⁊ reſtitutiōe eius in ſua ſpe
cie detegeretur raptor·vel aliud in
conueniens ſequeretur· tunc enim
ſufficeret dare precium eius·
¶Secundo notandū ꝙ ſi ipſa res
mala ablata periȷt morte: vt animal·

vel ſibi aufertur nihilominus reſti tuere tenetur ſm Ray· et alios. Si autem deteriorata eſt in bonitate· vel diminuta in precio ſupplendũ eſt precium:quia debet reſtitui euſdem bonitatis ſm Ray·nã ſi equus vel bos ablatus eſt penes raptorez debilitatus:ita vt eſtimetur·v.ſalſorum qui prius valebat decem:reſtituet decem non quinq·Similiter ſi furatus eſt ſextarium frumenti valenſ tunc ſolidos·xiiij.cum vo reſtituitur valet·xx·duo ſextaria tenetur reddere vel·xiiij·ſolidos·nec ſufficeret reddere ſextariũ ſm Ray· ⁊ alios:imo ſi illo intermedio: ſcilz inter vſurpationem ⁊ reſtitutionẽ plus valuit ꝙ͂ tempore vſurpationis:illo pluri precio reſtituetur ſm aliquos· Tenetur etiaz raptor poſt reſtitutionem damni petere remiſſionem de iniuria· ſaltem per interpoſitam perſonam·vel per ſe expreſſo nomine furis vel tacito ſm ꝙ q̄litas negocij requirit: ſcz ſi eſt manifeſtum vel occultum·

¶ Tertio vo ſi eſt res fructificãs tenetur reſtituere rem cum omnibus fructibus inde perceptis ⁊ qui percipi potuiſſent a diligenti poſſeſſore:puta vſurpauit agrum alterius ex quo nõ ꝑcipit de fructib⁹ niſi·xx.ſextaria frumenti : quia male fecit cultiuare vbi·xxx·ꝑcepiſſet diligens cultiuator annuatim· talis tenebit̃ reſtituere nõ ſolum·xx· per cepta ſed·xxx· Similiter ſi equũ furatus eſt cum quo lucrat⁹ eſt menſuatim florenuz vnum vbi domin⁹ lucratus fuiſſet vnum cum dimidio: tenebitur reſtituere ad rationem vnius floreni cũ dimidio per menſem· Et intelligitur hoc deductis expenſis factis in vtilitatem ⁊ conſeruationem ipſius rei neceſſarijs non tñ ſuperfluis ⁊ expenſis factis gratia colligendoꝝ fructuum· hmõi enim deducuntur tam a malefidei ꝙ͂ a bonefidei poſſeſſore· Ray·⁊ Tho·Damna etiaz q̃ paſſus eſt dñs ex carentia rei ſue tenetur ſatiſfacere·extra de iniur· ⁊ dã·da. c·ſi culpa·Tho·⁊ Ray·

¶ Item nota ꝙ ſi plures ꝯcurrerẽt ad furtum vel ad damnũ aliqđ faciendũ:ita ꝙ vn⁹ nõ faceret ſine altero:quilibz tenetur inſolidũ·i·ad totũ damnũ reſtituẽdũ quouſq ſit illi ſatiſfactum integre·Illo aũt reſtaurato per vnũ illoꝝ tenetur poſtea quilibet eoꝝ pro parte ſua ſatiſfacere ei qui totum reſtituit ſm Tho·Ray·Innocen·Hoſti·et Alb· extra de homi·c.ſicut dignuz: puta cũ duo vel plures vadũt ad furandum aliquid:ita ꝙ vnus nõ iret vl faceret ſine altero· ſeu cũ multi ſtipendiarij bellant iniuſte·ita ꝙ vn⁹

200

ſi faceret ſine altero. p̄cipue in prin cipalibus. Multi conſiliū preſtant ad faciendū extorſiones vel expoliendū iniuſte aliquē ciuē: ita  ꝙ ſicut aſſenſu eoꝝ nō potuiſſꝫ fieri vl' poſſet oēs tenenẗ inſolidū. De hoc tn̄ plene hēs in.ij.par.ſum.ti.i.c.iij.

¶Quinto nota ꝙ cū duob⁹ vel plurib⁹ exn̄tib⁹ heredib⁹ vſurarij vel raptoriſ ſi alter fact⁹ eſt nō ſoluēdo ſi vn⁹ ē teneẗ inſolidū. ſi plures ſūt qlibet teneẗ ꝓ parte ſua ad reſtituendū ea q̄ vſurarie ⁊ vſurpatiue ſūt accepta ab illo. ſ. vſqꝫ ad quantitatem q̄ ꝑuenit ad illoſ de hereditate nam oēs res hereditarie obligate ſunt. ex. de iniur. Concor. Hoſtieñ. Bern. ⁊ Goff. ⁊ Jo. an. ad vltra anteq̄ꝫ ꝑcepit de hereditate p̄dicti vſurarij vel raptoris nō teneẗ. quāuis non eſſet per illa ſatiſfactū in totū creditoribus vſurarij vel rapine.

¶Sexto nota ꝙ recipiens a religioſo contra voluntatē ſuperioris ſui teneẗ illud reſtituere niſi in extrema neceſſitate illud accepit. ar. xij. q. i. c. non dicatis. Et recipiens ab ipſo p̄lato religioſo ſine cā rōnabili ſed ex parentela vel turpitudine teneẗ ad reſtitutionē monaſterio. Filia religioſi ēt ablatis dotata nota biliẗ de bonis mōaſterij teneẗ reſtitueẗ dotes. ⁊ vir ei⁹ ſi ſcit hoc. niſi ꝑ modū elemoſine moderate dotaſſꝫ.

¶Sed queriẗ vtrum omne lucruꝫ quod quis fecit ex re rapta furata vel per fenus acquiſita teneatur reſtituere vel pauperib⁹ erogare. Ad hoc reſpondetur per diſtinctōnem aut enim talis res eſt ex ſe fructificans que etiā ſui vſu nō conſumiẗ nec diſtrahiẗ: vt ager vinea plātata pratū. domuſ. iumentū ⁊ hmōi. ⁊ de hmōi rebus debet reſtitui omne lucrum inde perceptum ſm Tho. ⁊ omnes alios. Aut talis res non eſt ex ſe fructificans ⁊ eius vſus eſt cōſumptio: vt granum vinū oleum et hmōi. Aut diſtractio: vt pecunia. metalla. ⁊ circa huiuſmōi res eſt triplex modus dicendi. Nam quidam dicunt ꝙ omne lucrum inde perceptum debet reſtitui vel pauperib⁹ erogari: quia radice infecta nullus bonus fructus ſequi poteſt. vt dicitur. i. q. i. c. fertur. Cum ergo radix illius lucri ſit vſura vel rapina videtur ꝙ fructus vel lucrum exinde ſit infectum ⁊ obnoxium reſtitutioni vel erogationi. Alij dicunt ꝙ pecuniam raptam vel fenebrem teneatur indubie reſtituere ac etiā dāna que paſſus eſt is qui ſoluit vſuram ex carentia ipſius pecunie ſolute: puta quia oportuit eum accipere ad vſuram pro ſuis neceſſitatibus vel vendere res ſuas multo minori precio q̄ꝫ valerent. Lucrum tamen

perceptū ex pecunia fenebri per licita negocia non teneť reſtituere vel erogare pauperibus. Et hoc tenet Tho·ij·ij·q·lxxviij·ꝛ Ric· ꝛ Pet·de palu·in·iiij·

¶ Item queritur vtrum manifeſto vſurario preſtante cautionē de vſuris reſtituendis ſi ad p̄ces eius aliquis fideiubebat pro eo teneať ip̄e fideiuſſor creditoribus vſurarū vel epiſcopo vel pauperibus ad reſtitutionem omniū vſurarum certarum ꝛ incertarū·Ad quod rn̄det Laur· vbi ſupra dicens:ꝙ Lap·cum pluribus alijs doctorib⁹ determinauit talem fideiuſſorem nō teneri vltra vires hereditatis principalis. etiā ſi ſe principalam cōſtituiſſet·Et addit:Hanc etiam queſtionem diſputauit Pau.de lea·ꝛ determinauit ꝙ nō obligatur fideiuſſor vltra facultates vſurarij habito reſpecto ad tē pus cautionis:quia ſi tp̄e cautiōis principalis erat ſoluēdo·dato etiaꝫ ꝙ facultates ſint poſtea exhauſte non reſtitutiōe vſuraꝝ nec eris alieni ſed per alios modos fideiuſſor remanebit ad oīa obligatus·lꝫ eniꝫ exceptio inopie proſit p̄ncipali non tn̄ fideiuſſori· Sed ſi tp̄e principalis cautionis nō erat ſoluendo: nō teneť vltra vires principales. Ideꝫ tamen Pau· diſtinguit inter fideiubentem pro cautione ꝛ ſe obligātem ad reſtitutionem vſurarum ex alia cauſa· In primo enim caſu non tenetur fideiuſſor vltra vires:quia nec vltra vires reſtituere vel cauere tenebatur principalis· In ſecundo caſu ſecus:qꝛ principalis eſt obligatus inſolidū lꝫ habeat exceptiones inopie vel ſimile · que exceptio vtpote perſonalis nō dirigitur ad fideiuſſorem·

¶ Item nota ſm Ric·in.iiij·di·xv· ꝙ qui damnificat aliquem iniuſte in ſua libertate.ſ· iniuſte procurando eum redigi in ſeruitutem teneť ſe facere ſeruum pro eo ſi nō poteſt eum aliter reſtituere libertati· niſi forte talis eſſet conditio perſone q̄ hoc damnū intulit ꝙ notabiliter redundaret in preiudicium boni cōmunis· in quo caſu non teneť ſe facere ſeruū ſed tenetur ad omne aliud intereſſe ad arbitrium boni viri·Quantumcūq; quis damnificaret aliquem in alijs poſſeſſionibus nunq̄ꝫ tenetur pro reſtitutiōe ſe facere ſeruum eius vł alterius: qꝛ vt dicit·ff.de reg·iu· Libertas ineſtimabilis res eſt· Qꝫ autem dicitur Exodi.xxij· Si autem nō habuerit vnde reddat venundetur· iudicialе preceptum fuit vnde modo non obligat·Hec ille.

¶ Item ſi quis impedit aliquem iniuſte ab officio vł beneficio iam ob

cento: puta procurans ſibi auferri ex aliqua ſiniſtra cauſa vł falſa tenetur ad ſatiſfactionem de toto ſm Tho· ⁊ Ric· in· iiij. di· xv· ſecus ſi iuſte hoc pcurat: qa meret̃ priuari ex defectu ſuo· Sed ſi impedit a bñficio conſequendo: nõ tñ ad tantum quantũ eſt bñficium ſed ad arbitrium boni viri ſm Tho· ⁊ Ric. Qđ intelligendum videt̃ qñ hoc facit ex odio vel malicia· nam ſi facit vt ſibi vel amico ſuo magis prouideretur ꝙ illi: puta teſtator aliqs vult legare· T l· c· ⁊ ego rogo ꝙ magis leget mihi vel cuidã pſone mihi magis dilecte ⁊ ille ſic facit· Talis ſm Pet· de palu· in· iiij· nulli tenetur: quia nulli aufert ius ſuum· nam illi nullum erat ius acquiſitum ⁊ nemini facit iniuriam qui vtitur iure ſuo· cuilibet enim licet ſe alteri cõmendare vt donet ſibi vł leget· precipue cum indiget·

12 ❧ Item queritur vtrum clerici teneãtur reſtituere illos fruct⁹ quos voluptuoſe conſumũt nõ facientes ſeruicium in eccleſia· ſ· nõ officiantes vel officiando. Reſpondet̃ ſm Archy. di· xliiij. vtiq; tenentur· Et hoc tripliciter· Primo ratione dati Secundo ratõne ſacrilegij· Tertio rõne odij· ❧ Primo ratiõe dati: nã illa bona tali eccl'ie· ideo data ſunt vt offerant preces et ſacrificia pro ipſis qui dederunt ⁊ ex reſiduo alãtur pauperes. Ad quod facit verbũ Hieronymi dicentis: Tibi o ſacerdos de altario viuere non luxuriari permittitur· di· xliiij: §· i· ⁊ q hoc non facit infideliter agit·

❧ Secundo ratõne ſacrilegij: quia defraudant totã eccleſiam quã ſuis precibus et officijs iuuare deberent et ei pdeſſe· Unde Alexan· papa: Ipſi ſacerdotes pro populo interpellant et peccata populi comedunt: quia precibus ea delent· i· q· i c· ipſi. ❧ Tertio ratione odij: quia prouocant iram dei contra populũ Greg. Cum is qui diſplicet ad intercedendum mittitur irati anim⁹ proculdubio ad deteriora prouocatur· di· xlix· §. i· Quod veruȝ eſt qñ populus eſt in cauſa malicie ſacerdotis ❧ Sed qd ſi facit ſeruiciũ eccleſie ſed in mortali pſeuerãs· Rñ· non videtur teneri de fructib⁹. Et rõ eſt: qa etiam mali miniſtri oĩones cões vt officium ⁊ miſſe pſunt viuis ⁊ defunctis ſm Tho· in· iiij·

❧ Sed qd de bonis omiſſis: nunquid tenet̃ reſtaurare totũ· Rn· ſm Archi· ex qualitate deberet ſibi iniungi in pnĩa ſi poſſet ſed nõ eſt neceſſarium: ſed in hoc eſt penitẽtia arbitraria ſicut in alijs· Et idem videtur ſentire Pe· de pal. in. iiij·

¶Quantum ad tertiũ principale: ſcʒ vbi fiẽda eſt reſtitutio: circa hoc diſtinguendum: quia aut perſona cui fienda eſt reſtitutio ſcit̃ aut inquirẽdo ſciri poteſt aut oĩno ignoratur. Si aũt ſcitur aut inquirẽdo ſciri poteſt ipſe vel heres eius ipſo mortuo in loco in quo facta eſt rapina vſura vel damnũ ſi vterqʒ ibi eſt vel vbicunqʒ ſe ad inuicem conueniunt debitor ⁊ creditor. Si autem alter eſt abſens a loco vbi facta eſt vſurpatio vel damnificatio mittetur expenſis eius qui de ſe abſentauit de loco. Si vero eſt abſens cui fienda eſt reſtitutio: puta quia mutauit domicilium: mittet ſibi rem ablatam vel pecuniam ipſe qui abſtulit expenſis illius qui habet reſtituere. Si vero abſẽtauit a dicto loco is qui rem vſurpauit ipſe ſuis proprijs expenſis tranſmittet rem vel pecuniam ſm Hoſt. ⁊ Jo an. Et hoc per talem modum ꝙ non detegat̃ peccator ſi peccatum eſt occultum. ar. xij. q. i. c. ſi peccauerit. Vel etiam ſi poteſt creditori ſignificari. pcipue quando eſt multum remotus a debitore occulte vel manifeſte ſm ꝙ expedit ⁊ ſm ꝙ creditor ordinat vel de mittenda illa re vel reſeruanda vel aliter danda ſic agat debitor et liber erit. Si autem ſuo proprio motu rem illam deſtinaret ſeu pecuniam debitor ⁊ in via periret auferretur ſibi. periret ei qui ad hoc teneretur ad ſatiſfaciendum ſm Jo. in glo. Vel etiam ſi ſperatur cito venturus ad locum poteſt ſibi rem ſeruare ⁊ ſm Tho. Hoſt. Jo. an. in edẽ ſacram deponere vel alio tuto loco aut ſi res eſt parui valoris ⁊ creditor diſtãs multum ⁊ abundans fuerit. Poteſt etiam ſm Vulte. pro anima eius pauperibus erogari. Si vero ignoratur nec perquirendo inueniri poteſt cui reſtitutio fieri debet. Tunc eroganda eſt res ablata vel preciũ eius pauperibus pro anima illi⁹ in loco illo vbi facta eſt vſura rapina vel damnum vel in loco in quo habitat is cui fienda eſt reſtitutio. ⁊ hoc ideo: quia melius eſt ꝙ vicini inde ſentiant commodum q̃ extranei. tum etiam quia veriſimile eſt ibi reperire damnũ paſſuʒ vel heredẽ eius. Item notat Hoſt. Jo. an. ⁊ Jo. de ligna. Vel ſaltem fiat talis erogatio ad arbitrium dyoceſani loci vbi factum eſt damnum vel rapina ſm Ray. Si tamen commode fieri non poſſet in dicto loco cum hoc nõ ſit neceſſarium poteſt tunc ⁊ debet alibi fieri ſm Vul. ſed ⁊ beat⁹ Thomas in huiuſmodi caſu nil dicit de loco determĩato ſed ꝙ pro anima illius cuius res erat debet pauperibus erogari. Unde

⁊. M. Hugo peritus in vtroqꝫ iure
⁊ frater Clarus dicebāt ꝙ cum pau
peres ſint in vnū membrum in cor
pore eccl'ie. ne ab hac vnitate ſeque
ſtrentur propter locoꝝ diſtantiam
ſufficit ſi reſtitutio incertoꝝ detur
quibuſcunqꝫ pauperibus etiā alte/
rius prouincie q̄ꝫ vbi facta eſt rapi
na vel damnuꝫ. ⁊ maxime qui ſunt
pauperes xp̄i ⁊ vtiliores eccleſie dei
⁊ ſaluti animaꝝ. Et ex hoc apparet
ꝙ locus non eſt de neceſſitate reſti
tutionis ſed de congruentia. Ideꝫ
tenet Fede. de Senis. c. xiij. operis
ſui. Vſure tn̄ extorte ꝑ manifeſtos
vſurarios quomodo debeant reſti/
tui ⁊ in quo loco ⁊ per quem dyoce
ſanum habes in. ij. par. ſum. ti. i. c.

¶ Quāuis eniꝫ quod habet̄ in iſto
§. non pertineat ad vbi ſed magis
ad quid: tamen hic notabiliter que
ritur vtrū fideiuſſor poſſit repetere
a debitore vſuras quas pro eo ſol/
uit creditori penes queꝫ pro ip̄o de
bitore interceſſit. Ad quod rn̄det
Laur. ꝙ Io. an. in queſtione ſuper
mercuriali in regula damnum. de
reg. iur. in. vj. hanc. q. explanat no/
tabiliter ⁊ ex eius dictis elicit. xij.
concluſiones. Quaꝝ p̄ma eſt talis.
¶ Non recipit fideiuſſor a debito/
re obligationem ſciente ⁊ contradi
cente vſuras ſuo ſolutas debitori.
nec etiam ſorteꝫ nec quid aliud vel
liter impenſum. Plus eſt enim con
tradicere q̄ꝫ non conſentire. extra
de ſymo. c. ſicut tuis.
¶ Secunda cōcluſio eſt: Non repe/
tit debitore ſciēte ⁊ patiente ſed nō
mandante obligatōnem fideiuſſor
vſuras vel indebituꝫ ſolutas vel ſo
lutum creditori ⁊ ſibi imputet ꝙ ſe
obtulit. ex̄. de reg. iur. c. bona fides
in. vj. Repetit tamen ſortem in de/
bitum quod ſoluit.
¶ Tertia concluſio eſt: Non repe/
tit a debitore ſciente et mandante
ipſum obligari pro ſorte tantū fide
iuſſor ſoluens vſuraſ. Tum quia fi
nes mādati exceſſit. Tum quia ad
ad illas obligatus non erat.
¶ Quarta concluſio eſt: Non repe/
tit a debitore fideiuſſor vſuras ſciē
te vel mandante ipſum in omnem
caſum vel ſimpliciter obligari ſiue
fideiubere. patet quia in generali
mandato nō incluſit in debituꝫ de
quo vereſimiliter in ſpecie nō man
daſſet. c. in generali. de reg. iu. i. vj.
¶ Quinta concluſio: Repetit a de/
bitore ſciente ⁊ mandante ip̄m pro
vſuris cū ſub nomine ſortis inclu/
ſit eas vt eſt moris obligari ſiue fi/
deiubere: ip̄e fideiuſſor vſuras quā
tum iuſte credere potuit illā ſorteꝫ
totuꝫ debitū nec p̄ſumere debuit il
lud debitum ſub nomine ſortis pro

mittere·extra·de pꝛeſum·c·quia ve riſimiliter·

¶Sexta concluſio eſt: Repetit a debitoꝛe ſciente mandante nominatī pꝛo vſuris fideiuberi ipſe fideiuſſoꝛ creditoꝛi ſolutas ſi iurauit illas ſoluere·ꝛ iſta eſt cōis opi·ex̄. de fideiuſ·c·ij·Et iſtam opinionem appꝛobat Jo·an. habet tū fideiuſſoꝛ optionem ſoluendi vel abſoſolutionem petenti ſicut haberet debitoꝛ·

¶Septima ꝯcluſio: Repetit a debitoꝛe etiā nominatim mandāte pꝛo vſuriſ fideiubere ipē fideiuſſoꝛ vſuras creditoꝛi ſolutas etiam ſi non iurauit creditoꝛi illas ſoluere·ſi ipi fideiuſſoꝛi debitoꝛ indemnitatem iurauit dūmodo al's ꝓpter pignoꝛa data vel aliam cauſam debitoꝛi fuerit expediens vſuras ſolui·c·peruenit.ex̄·de fideiuſſo·

¶Octaua concluſio: Non repetit a debitoꝛe ſciente ꝛ mandante noīatim pꝛo vſuris fideiuberi ipſe fideiuſſoꝛ creditoꝛi ſpōte ſolutas· ſi nō iurauit creditoꝛi illas ſoluere· nec debitoꝛi identitatem· nec expediebat creditoꝛi pꝛopter pignoꝛa data vel aliam cām ipſas ſolui·ꝛ hoc de iure foꝛi· Sed opinio theologoꝝ q̄ ſm Jo·an·multū fauet eqtati eſt ꝙ debitoꝛ vꝛgeat̄ ad ſoluendū in foꝛo ꝯſcientie·de re·iur·c·ſcientie·li·vj·

¶Nona concluſio eſt: Non repellit a debitoꝛe ſciente ꝛ mandante nominatim pꝛo vſuris fideiuberi ipſe fideiuſſoꝛ vſuras creditoꝛi coacte ſolutas ſi nō iurauerit creditoꝛi illas ſoluer̄ nec debitoꝛ iurauit fideiuſſoꝛi idētitatē·nec expediebat creditoꝛi ꝓpter pignoꝛa data vel aliā cauſam vſuras ſolui·ſi fuit ipſe fideiuſſoꝛ in culpa: vt quia non excepit·ſecus ſi non fuit in culpa·

¶Decima concluſio eſt: ꝙ in omni caſu quo poteſt a debitoꝛe fideiuſſoꝛ vſuras repetere· debet intelligi ſi nō interuenit fraus pſone ad perſonā·ſ·cōſtituentis ob hoc fideiuſſoꝛem.ex̄· de pꝛiui·c.quanto.

¶Undecima ꝯcluſio eſt ꝙ in omni caſu quo pōt a debitoꝛe vſuraſ repetere fideiuſſoꝛ poterit illa repetere a creditoꝛe cui ſoluit.ff·mā·l·ſi fideiuſſoꝛ·§.in omnibus·

¶Quantum ad quartū·ſ·per quoſ debet fieri reſtitutio pꝛimo dicendū eſt de certis ſecūdo de incertis·

¶Querit̄ ergo vtꝝ reſtitutio incertoꝝ debeat fieri per eum qui habet reſtituere vel per alium cui cōmiſerit aut ſolum per dyoceſanū· R̄n· Circa hoc ſunt varie opiniones et contrarie. Hoſtienſis ſuper.c 'cum tua·de vſuris·ꝛ in·c. cum ſit·de iudeis· et in ſumma ſua de peni·c·finali iuxta finez tenet ꝙ vnus de ca



203

ſibus pertinentibus ad epiſcopum eſt reſtitutio male ablatorum incertorum·quod etiam tenet Jo·an·extra de pe·⁊ re·in.c·ſi epiſcopus. in in glo·li·vj·⁊ in·c·peccatum· de re·iur·li.vj· Ad quod videt̃ facere qđ habetur·xij·q·i·c·precipuis·Addũt etiam aliqui qui hoc tenent hanc rationem:cum huiuſmodi bona incerta ſint pro animabus eorũ quorum fuerunt fideliter diſpenſanda ac per ꝯſequens ſint ad diuinũ cultum eo ipſo ad ſuſtentatõnem pauperum ordinata·Solus autez eccleſiaſticus prelatus ſit rector ⁊ moderator diuini cultus ⁊ pater pauperum ⁊ diſpenſator rerũ diuino cultui ordinandaꝝ:vt patet di·lxxxvj· c·diuine·⁊ in multis alijs capitulis Ideo ſm iudicium eius debita incerta ſunt per eum diſpẽſanda·Archi·autem in quadam.q·diſputata peum ⁊ in roſario·xiiij· q·v·c· non ſane·tenet contrarium ⁊ dicit ſententiam Hoſt·circa hec ſupradicta eſſe veram·caſu vbi nullus deputatus eſt a teſtatore qui hoc exequatur:vt·xi·q·ij·c·de laicis·Ubi vero certa perſona deputata eſt a teſtatore:illa perſona debet exequi·vt·d c·de laicis·extra de teſta·c·tua·Immo credo ꝙ ipſe raptor incerta que debent pauperibus erogari poteſt ipſe pauperibus erogare abſq; licẽtia vel auctoritate epiſcopi vel alterius iudicis eccl'iaſtici:vt ſatis colligitur in dicto·c·tua.Et hoc innuit etiam clare glo.in.c·ſicut dignũ. de homici·§·eos.Nec obſtat·c·cum ſit·de iude·per quod probat Hoſti· ſuam opinionem· Nam illud·c· loquitur de iudeo non de xp̄iano cuius actus vel diſpẽſatio merito habet̃ ſuſpecta ab eccleſia quo ad xp̄ianos·Ideo iuſte ⁊ bene dicit ſm pro uidentiam dyoceſani. que ſuſpitio ceſſat in xp̄iano·⁊ ſic non dubito ꝙ epiſcopus non habet ſe intromittere de talibus·Hec Archi· Jo·de ligna· idem ſentit et poſtea adducit hanc rationez: Qui indebitum extorſit obligatus eſt ex maleficio vel quaſi illis quibus extorſit ſi extant: al's pauperibus·Et regula habet ꝙ debitor poteſt ſe per abſolutionem liberare·inſti·quí mo·tol·obli· per totum· Tu qui dicis contrarium da mihi caſum expreſſum contra regulam.nec eſt verum ꝙ ſit in dicto c· cum ſit. quia nõ loquitur in xp̄iano ſed ĩ iudeo vt dicit Archi·Hãc opinionem ſequitur Pau·⁊ Ge·ſuper clemen·i·de priuile· Hoc etiam conſuluerunt Jo·ca·et Recup· Sed dominus Hugo vtriuſq; iuris peritus ⁊ frater Clarus vt habetur in quadam ſummula· concordauerũt in hoc ꝙ nullum ius expreſſuz hoc

dicit nec in decretis nec alibi: niſi ꝙ epiſcopus eſt procurator paupe/ rum. illud ꝟo adaptat̃ ꝙ poteſt ꝓ/ curare de ſuo proprio ſi habꝫ vel de bonis eccleſie. i. de fructib⁹ vel ali/ is modis. Sed quia ſacerdotes ſim plices ſunt imperiti pro maiori par te. epiſcopi ꝟo reputantur ſufficien tes in ſciētia. hinc inoleuit ꝙ hmōi reſtitutiones remittuntur ad epos vnde ſi ꝯfeſſor peritus ſit ⁊ ſciat in hmōi ſufficienter conſulere non eſt neceſſe remittere ad ep̄os. Hec ibi. Et in hac ſentētia eſt Jo. mo. Hoc etiam innuit Inno. extra de im̄u. eccl̄e. c. quia pleriqꝫ. ar. xij. q. ij. c. ſi quis romipetas. Ad rationem ſupe rius inductā pro alia opinione poſ ſet reſponderi ꝙ quāuis epiſcopi ⁊ prelati ſint diſpenſatores rerum da tarum eccleſijs: non tamen ſequit̃ ꝙ ſint diſpenſatores omnium que ſm deum ſunt in diuinū cultum et in pauperes eroganda ſed ſolum in diuinū cultum iam ordinata: vt redditus eccleſiarū ⁊ hmōi. Nam ſi eſſent diſpenſatores erogandorum omnium ſm hoc eſſent etiam diſpē ſatores omnium ſuperfluorum que diuites ex diuino precepto deberēt pauperibus erogare quod a nullo conceditur. Sed ⁊ Tho. ij. ij. q. lxij. dicit ꝙ ſi ille cui debet fieri reſtitu tio ſit omnino ignotus debet ei re/ ſtitui ſicut poteſt. ſ. dādo in elemo ſynas pro ſalute eius ſiue ſit mortu us ſiue viuus. premiſſa tamen dili/ genti inquiſitione eius. ⁊ de aucto/ ritate epiſcopi nihil dicit. Sco. in iiij. di. xv. dicit: Si queras per cui⁹ manus talia debent diſpēſari. ſi in certa reſpondeo ꝙ non inueni qui neceſſario ſit determinatus media tor iſta pauperib⁹ diſpenſando: vi/ detur autē mihi ꝙ per ſeipſum cō ſilio nihilomin⁹ boni viri pōt pau/ peribus erogare: quia tali mediato ri ad diſpēſandum tribuit poſſe. de cuius fidelitate preſumeret ⁊ nō ſi/ bi ius appropriaret vl̄ in alios vſus cōuerteret ꝗꝫ deberet. vnde vbi lex diuina vel eccleſiaſtica non ligat ſe quenda eſt ratio naturalis. illa aūt dictat ꝙ qui tenetur reſtituere ma/ gis hoc faciat per ſe ꝗꝫ per aliū: nō excludendo tamen per hoc conſiliū boni viri ſed includendo. Hec Sco tus. Quidā alij faciunt circa hoc diſtinctionem: videlicet quantū eo rum in quibus competit repetitio: vt furto. rapina. vſura. fraude ⁊ hu iuſmodi diſpenſatio incertorū per tinet ad epiſcopum. Sed aliorꝫ vbi non competit repetitio ⁊ ſi eroga/ tio fienda eſt pauperibus: vt in lu/ do ⁊ iniuſte acceptis a iudice pro iu dicando vel a teſte ꝑ teſtimonio a meretrice pro fornicatione ⁊ hmōi

204

quilibet per ſe poſſit diſpenſare vł cum conſilio cōfeſſoris. Et ego credo ſecundam opinionem: ſcilꝫ Archi. ꝛ ſequaciuꝫ omnino verā ꝛ ſimpliciter. excepto vno caſu: videlicet in incertiſ publicoꝝ vſurarioꝝ. quē caſum non dubito omnes illos expreſſe intendere: quia ibi expreſſe ꝛ clare ius prouidit: vt ſcꝫ per diſpoſitionem dyoceſani talia incerta determinentur et diſponentur. extra de vſuris. c. quanq̄ꝫ. li. vj. ibi traditur forma de hmōi. de quo habes ſupra in ſum. ti. i. c. In hoc ergo caſu tm̄ poteſt intelligi illud quod dicitur per tertiam opinionem: ſcꝫ in vſuris publicis incertis. Et ſi queratur vtrum epiſcopus poſſit p ſua ſynodalia hoc ſtatuere: vt ſcꝫ ſibi retineat diſpenſationem incertorum ꝛ alij non poſſint ſe intromittere. Dicit in hoc Jo. de ligna. ſuper. c. cum ſit. de vſuriſ. ꝙ quicquid dicat Jo. an. dubium eſt an poſſit. ꝛ Jo. cald. in quodam conſilio dicit expreſſe ꝙ non poteſt. Hugo ꝛ frater Clarus dicunt ꝙ non poteſt epiſcopus excōmunicare de iure ſacerdotes qui ſe intromittunt de diſpenſatione incertorum.

¶ Quantum ad ſecundam: ſcꝫ per quos debet fieri reſtitutio certorū bonoꝝ. Ad hoc rn̄detur ꝙ per eum qui abſtulit ſeu recepit vſuras ſeu male ablata. poteſt etiam ꝛ per quā cūqꝫ perſonā aliā facere. in hoc. n. eſt vera regula iuris. Qui per aliuꝫ facit proinde eſt ac ſi per ſeipm̄ facere videat̄. de re. iur. li. vj. Si tn̄ vitium vſure. furti. rapine vel alteri⁹ damni eſt occultum ꝛ reſtitutio occulto modo per ſe vel per aliū fienda eſt vt nō detegatur perſona. ij. q. i. c. ſi peccauerit. Caueat etiā diligenter qꝺ per aliū facit ita caute faciat vt recipiat qui debet et nō ille ſibi retineat: qa nō eſſet per hoc liberatus nec confidat de ꝯfeſſorib⁹. nec predicatoribus. nec queſtuariis qui querunt pecunias non animaꝝ ſalutem. Et ſi is qui rapinam vſurā vel fraudem fecit nō reſtituat cū heres teneatur ad oīa onera defuncti inquantū ſufficiat hereditas tenetur ꝛ ipſe facere dictam reſtitutionem. de vſur. c. michael. Et eadem rōne heres heredis. et ſic in infinitum cum ſcitur ab eis hereditas obligata ad reſtitutionem propter vſuras ꝛ rapinas ꝛ dāna a prioribus facta. vbi non ſufficeret hereditas ad ſatiſfaciendum tenent̄ legatarij ꝛ donatarij: quia nec legari nec donari poteſt alienuꝫ. nec excuſarentur heredes ſcientes vel dubitantes vel merito dubitare debētes ex publica fama vł ex ſcripturis

vel ex fideli relatu teſtatorem illici
tos feciſſe contractus vel vſurari/
os ex hoc ꝙ nullus potuit querelā
ſuper hoc vel poſtulat aliqd ab eis
vt debitum. Sed debent diligenter
inquirere veritatem quantum poſ/
ſunt. ⁊ ſi inueniunt ſic eſſe notificēt
vel notificare faciant illis quib⁹ de
bent ſe offerentes ad reſtitutionez
⁊ ſi non inuenirentur pauperibus
erogañ. al's eſſet eis ignorātia craſ
ſa que non excuſat. di. xxxvij. §. fi.
Et quãuis defunctis non proſit il/
la reſtitutio ſi deceſſerint impenitē
tes: prodeſt tamen quia eſt neceſſa
ria ip̄is heredibus ſi velint ſaluari
quia non remittitur peccatū ⁊c̄. de
reg. iu. li. vj. Si autem licitam artez
exercebat vel patrimonialia tantū
habebat teſtator. nec apparet ex fa/
ma vel ſcriptis de illicitis contra/
ctibus ſeu alieno: preſumere debēt
eum iuſte acquiſiuiſſe: quia nemo
iudicandus eſt ĩmemor proprie ſa/
lutis ⁊ diuini timoris. i. q. vij. c. ſan
cimus. ⁊ p̄cipue in mortis articulo.
¶ Item nota ꝙ dicit Hoſti. in ſum
am titulo de vſuris ꝙ ſi aliqua ho
neſta pſona: puta ſacerdos vel epi/
ſcopus tractet inter debitorez ⁊ cre
ditorem de ſatiſfaciēdo ⁊ dicat cre/
ditori talis mediator tantum faciã
tibi reddi ſi ex corde reſiduum re/
mittas: non decipias me quia me/
diator ſum nec debitorez cuius ani
me ſalutem quero. ⁊ reſpondet cre/
ditor ſe ex toto corde liberare ipſuz
debitorem. quare non dicam ipſuz
liberatum. non video nec curo qua
litercunqꝫ ſit ſatiſfactum. dummo/
do ſit ſatiſfactum ei. ¶ Si qui mo
uentur in contrarium hoc faciunt
in odium vſurariorum. Si qs eniz
ex aliqua cauſa alij iniurietur equi
dem hoc admittet quilibet theolo/
gus ꝙ cõcordia inter partes poſſit
tractari ⁊ pars eius quod deberet̄
ex pacto remitti. al's titulus de trãſ
actio inutilis eſſet. Et quare non
idem de vſura. ¶ Dicendum ergo ⁊
tenendum ꝙ precib⁹ poſſit vel iuſ/
ſu iudicis vel pactione partium re/
miſſio fieri. ⁊ ſic dicam vſurarium
abſolutum. Hec Hoſtieñ. Que qui
dem intelligo vera eſſe in foro con
tentioſo non in foro cõſcientie. vel
etiam in foro conſcientie quantuz
ad ea que dubia eſſent vtrum debe
rent dari vel non: quia rõnes ſunt
ad vtranqꝫ partem. vel cum dubiū
eſt quantum debeat ſatiſfacere pro
damno dato. Et ad hec faciunt ra/
tiones quas facit ip̄e Hoſtieñ. Sed
vbi certum vel clarum eſt debitum
vel ratione vſurarum vel alterius
vſurpationis niſi debitor liberali/
ter remittat illud qd̄ remittit. etiã
ſi de mille tantum decem remitte/



205

ret ſi hoc facit qa putat ſe aliter re- ſiduum non poſſe habere. nil valet illa remiſſio facta etiã publico pec- cato quoad animam. Unde cũ mer cator infortunia paſſus fallit et oc- cultat multa de bonis ſuis mobili- bus vt non perueniant ad manus creditorum et querit compoſitionẽ cum eis de minori quãtitate q̃ꝫ de beat: puta conuenit reſpondere ſin gulis creditoribus ad ratõnem. xv ſolidorum pro libra cum tamen poſ ſet totum dare vl' cedere bonis. cui compoſitioni aſſentiunt creditores et ita recipientes liberant eum de reſiduo. cum illi non ſponte ſed co- acti fecerint illam remiſſionem vo lentes illa parte potius carere q̃ꝫ to to. quinĩmo et ſi cederet bonis tota liter nihil ſibi reſeruãdo et nõ ſuffi ciunt bona illa ad ſatiſfaciendum ſi poſtea peruenerit ad pinguiorẽ fortunam tenetur de reſiduo. de ſo lu. c. odoardus.

¶ De damnis datis tempore guer re adinuicẽ inter ciuitates quomõ et per quos poteſt fieri reſtitutio qñ faciunt pactum cum certis pactis et capitulis. Nota ꝙ in quadam ſum- mula ſic dicitur ꝙ quãuis ſint pu- pilli multi et abſentes qui nõ aſſen tiunt et forte etiam aliqui contradi cunt ex prouectis qui receperũt dã na iniuſte. nec eis eſt ſatiſſactũ. ni- hilominus tamen eſt bonum pacis ꝙ qui habent rempublicam gerere poſſunt cum conſenſu maioris par tis ſubiectorũ ſibi pactis pacis ſub- dere et licite relaxare inuicem dam na data. et ſi fiat relaxatio predicta tenet et valet. Nam et hoc modo poſ ſunt etiam pro bono reipublice ſibi talias imponere et hmõi. quas ga- bellas vocant. De bonis ꝟo clerico rum et religioſorum nõ poſſunt lai- ci facere relaxatiõem: quia nõ ſunt eorum foro ſubditi. nec de bonis ec cleſiaſticis permittit̃ eis aliqua di ſpoſitio. vt di. xcvj. bene poſſunt ta men hoc facere prelati ſpirituales terrarum ad inuicem de conſenſu et conuenientia clericorum et religio- ſorum q damna receperũt in guer- ra. Hanc autem relaxationem quo ad laicos vel clericos intelligas de damnis datis de rebus cõſumptis nam res extantes: vt equos. pãnos et huiuſmodi qui habent et ſciũt ſua non eſſe: vtputa quia bellum iuſtũ non fuit ex parte ſuorum. vl' ſi iuſtũ ab his acceperunt a quibus nõ po- terant ipſa tenere non poſſunt. vñ ſi dños proprios inuenire poſſunt eis reddere tenent̃. al's ſi nõ inue- niunt pauperibus erogare. Idẽ vi- det̃ dicendũ ſi de iuſticia belli du- bitat̃. nam vbi clare bellum iuſtum

eſt res accepte efficiunt̃ capientiũ· di·i·c·ius militare· que tñ debẽt in ter eos ꝓportionabiliter diſtribui per duceſ belli·vt·xxiij·q.v·c·dicat· niſi per publicum edictum datũ ſit vnicuiqꝫ quod capit·Pauperum au tem innocentium non videtur tu/ tum bona auferre: cum ſint ſine cul pa·niſi ſubſit cauſa cum ſit aliquis puniendus·de reg·iu·li·vj·pena tñ temporali punitur vnus pro altero diuerſis de cauſis·vt·i·q·iiij·

¶De tutoribus curatoribus negoi ciorũ aliorum geſtoribus filiiſfami/ lias ꝛ hmõi qui extorſerunt vſuras vel fecerunt rapinas·fraudes· ꝛ dã na nomine al ieno:ſcꝫ pro pupillis· patronis vel patribus ſuis: nil ta/ men eorum peruenit ad eos ſed ad pupillos dominos vel patres eorũ: queritur vtrum per eos poſſit ꝛ de beat fieri reſtitutio ipſis pupilliſ vl̃ patribus ſeu dominis neſcientib⁹ ꝛ inuitis de bonis eorum ad quos peruenerũt taliter extorta. Rn. Di cũt quidam indiſtincte ꝙ ſic in fo/ ro conſcientie· dummodo non im/ mineat inde periculum vite conſci entie vel fame ſi deprehenderetur· aut ſcandalum ſequatur:puta quia aliquis credit̃ furatus fuiſſe illa q innocens eſt ꝛ hmõi·tales enim vt dicunt illi non conuertunt furtum occulte illa recipientes: cum pecu/ nia fructus vel per rapinas ꝛ frau/ des habita non ſint eoꝝ · Et ratio eſt cum per efficacem cauſam predi ctorum:ſcꝫ tutorum curatorũ ꝛ hu/ iuſmodi ꝛ per intermedium illorũꝫ tale iniuſtũ lucrũ deuenerit ad ma nus pupillorum patronorũꝫ vel pa/ trum et ad reſtitutionem ſint obli/ gati iſti mediatores: iuſtum eſſe vi detur vt que cauſa illoꝝ iniuſte ab lata ſunt nunc iuſte licẽtiam habe/ ant illa ſatiſfacere · ne ipſi de pro/ prio ſatiſfacere teneãtur. ar·ad hoc de reg·iu· vbi dicit Chriſoſt· Oĩs res per quaſcumqꝫ cauſas contrahi tur per eaſdem diſſoluitur· propter ea ad hoc agendum predicti tenen tur ꝛ in hoc gerunt vtilem curã ſui ꝛ illorum qui iniuſte detinent alie/ na· Alij autem perfectius ꝛ equius reſpondent per diſtinctioneꝫ: vide licet quia aut tales adhuc habẽt in manib⁹ adminiſtrationem rerũ il/ larum· aut non· Et in primo caſu poſſet ꝛ debent reſtituere de bonis illorum ad quos peruenit lucrum quod habent pre manibus ſi nolũt remanere ipſi obligati ad ſatiſfaci/ endum de ſuo· ꝛ hoc ſiue occulte ſi/ ue manifeſte cũ ſufficienti cautela vt ab ipſis non poſſit poſtea repeti· Et ad hoc videt̃ facere ratio prime opinionis cũ regula illa:Oĩs res

20 b

Si aũt non habẽt amplius admi/niſtrationez tũc diſtinguendũ eſt: quia aut predicti tutoreſ aut procuratores ⁊ hmõi non poſſunt illa re/ſtituere de ſuo: puta quia pauperes ſunt aut poſſunt. et ſi non poſſunt ſufficit ꝙ denuncient principalibꝰ pro quibus fecerũt vſuras·fraudes ⁊ hmõi·ſi ignorant quomodo fece/runt pro eis talia illicita lucra que ad eos deuenerunt.vnde ⁊ obliga/ti ſunt ad reſtitutionem.⁊ ſi nõ ſa/tiſfaciunt ipſi principales habeant propoſitũ ſatiſfaciẽdi de ſuo cũ po/terunt·Ad accipiendum autem oc/culte a predictis ad hoc non tenen/tur nec debent. Et ratio eſt: quia quo ad ſe excuſati ſunt a reſtitu/tione ratione impotẽtie·vt·xiiij·q·vj.c·ſi res·quo ad illos pro quibus fecerunt vſuras vel fraudes auferẽdo ab eis occulte per hoc non pro/uidetur ſaluti eoꝝ cum remaneant obligati in conſcientia ex quo ſciũt talia fore facta non velint ſatiſface/re·⁊ ſic nõ diſſoluitur peccatũ vel obligatio quo ad eſtimationem eo/rum·Sed nec poteſt quis a priuata perſona cogi ad reſtitutiõem male ablatoꝝ·niſi per iudicem eccleſiaſticum vel ciuilem·nec videtur bene poſſe excuſari a furto cũ contractet rem alienã inuito dño: cum in vſura transferatur dominium·per hoc etiam ſe exponit multis periculis·Si aũt tales mediatores de quibus dictum eſt poſſunt reſtituere cũ il/li ad quos extorta puenerunt volũt reſtituere qui principaliter obligã/tur poſſunt petere humiliter nõ ꝑ coactionem vel fraudẽ a creditori/bus vſuraꝝ vel fraudũ remiſſionez cũ penes eos nõ remanſerit pecu/nia fenebris ⁊ illi qui eã habuerant remaneãt ṗncipaliter obligati: qꝛ remiſſione obtenta libere ⁊ ſponte amplius non tenebuntur: ſed tñ ṗncipalia niſi ex eis fieret remiſſio Qꝛ ſi remiſſionem facere nõ vellẽt tenentur ſatiſfacere de ſuo· et tunc vſqꝫ ad quantitatem ſolutã pro il/lis poterunt occulte recipere de bo/nis eoꝝ ſi alr̃ per viam iudicij ha/bere non poſſunt: ita tamen ꝙ non ſequatur ſcandalum vel periculum que ſemper vitanda ſunt·Ubi autẽ mediator talis ſic ſatiſfecit debet ꝑ aliquem modũ cautũ declarare illi qui ſciebat ſe ligatũ ad illud am/plius non teneri: vtputa ſi dicat ſe non curare ab eo illa recuperari qſi ac ſi donaſſet vel declarare heredi/bus ſuis ꝙ non recipiant a tali per/ſona aliquid vt debitũ pro tali cau/ſa ⁊ hmõi·Bona enim fides nõ pa/titur vt ſemel exactuz bis exigatur de reg·iu·li·vj·

¶Quantum ad quintum .ſ. cui fi-
enda eſt reſtitutio ſeu datio rei ab-
late vel al's illicite acq̄ſite pro fun-
damēto notāda eſt diſtinctio quā
ponit Tho. ij. ij. q. xxxij. dicēs: Tri
pliciter poteſt aliq̄d eſſe illicite ac-
quiſitum.
¶Uno mō quia id qđ acquirit̄ illi
cite debetur ei a quo acquiſitum ex
tortum eſt. ⁊ ſiue non tranſferatur
dominium illius rei in accipientē
vt in furto ⁊ rapina: ſiue trāſferat̄:
vt in vſura tñ competit repetitio.
¶Secūdo modo dicitur aliquid il
licite acquiſitū: ita ꝙ ille qui illici-
te acquiſiuit nō poteſt illud retine-
re. nec tñ debetur illi a quo acquiſi
uit: quia ille cōtra iuſticiam dedit
⁊ ille cōtra iuſticiam accepit: vt in
ſymonia ⁊ ſimilibꝰ in quibꝰ ipſa da
tio ⁊ acceptio eſt contra legem.
¶Tertio modo dicitur aliquid illi
cite acquiſitum non ꝙ ipſa acquiſi
tio ſit illicita: ſed illud ex quo acq-
ritur eſt illicitū ex quo tranſfertur
dominium. nec competit repetio vt
in meretricio ⁊ hmōi. Nam mere-
trix turpiter agit ⁊ contra legē dei
fornicando. ſed ipſa acquiſitio ſiue
datio pecunie pro hmōi illicitis nō
eſt illicita nec cōtra legem dei. Et
hoc proprie dicitur turpe lucrum.
De illicitis ergo iſto tertio modo
acq̄ſitis ſm Tho. ⁊ Ray. poteſt da-
ri elemoſyna ⁊ poteſt etiam retine-
ri. niſi ſuperfluum per fraudem vel
dolum mulier extorſerit: quia illud
eſſet reſtituendum. Et ad hoc per-
tinent lucra facta ex hiſtrionatu
illicito. ex duello. ex torneamento.
ex ſertis factis de floribus et alijs
huiuſmodi quorum vſus eſt cōmu
niter ad laſciuiam. ex decus factis
ex mathemathica ſeu arte diuinato
ria. ex lucro negociationis vel me-
dicine in caſu non conceſſo quo ad
clericos. In his dixerūt aliqui nō
poſſe fieri elemoſynā: quia vt dicit̄
Thobie: Honora deum de tua ſub
ſtantia. Et iterum: Honora deū de
tuis iuſtis laboribus. ⁊. xiiij. q. iiij.
c. elemoſyna. et. i. q. i. c. non eſt pu-
tanda. Sed hoc non eſt verum ſm
Tho. ⁊ Ray. ⁊ alioſ cōmuniter. Pre
dicta autem ca pitula allegata hoc
intendunt ꝙ non licet dare elemo-
ſynam de male acquiſitis: que ſcilꝫ
debent certis perſonis reſtitui. vel
ꝙ nō debet aliquis aliquid facere
illicitum vt det elemoſynam. Et
quāuis quidā diſtinguāt: vt dicit
Uul. ꝙ in his que prohibita ſunt:
quia mala: ⁊ non puniuntur a iure
niſi infamia: vt meretricium. duel
lum ⁊ huiuſmodi: talia poſſunt re-
tineri. Sed que mala ſunt quia pro
hibita a iure: vt torneamēta. nego
ciatio quo ad clericos ⁊ hmōi: ⁊ ta-

lia nō poſſunt retineri ad vſum ſu/
um: ſed debent pauperibus eroga/
ri. Licet hec diſtinctio videatur eſ
ſe probabilis: tamen q̄a pene ſunt
reſtringende non ampliande. ⁊ qui
nimis emūgit elicit ſanguinē. Ber.
Credo ꝙ in predictis omnibus ca/
ſibus ⁊ ſimilibus bonum eſt ⁊ ſalu/
bre ꝙ penitens inducatur ad ero/
gandum pauperibus non tamē co/
gendus ad hoc. Nec ſi non velit in
hoc eſt iudicandus nō eſſe in ſtatu
ſalutis ſi non velit hmōi penitenti
am agere vel accipere: ſcʒ ꝙ huiuſ/
modi lucra pauperibus eroget. niſi
in caſibus a iure expreſſis: vt in ſy/
monia. Et idem de eo quod datur
iudici ad corrumpenduʒ eum ⁊ hu/
iuſmodi vt infra dicetur. Scd̄m er/
go Tho. Ray. Gul. ⁊ Innocent. de
huiuſmōi deber dari elemoſyna de
bito honeſtatis ⁊ conſilij non debi
to neceſſitatis ſalutis. Et ſic intel/
ligitur illud. xiiij. q. iiij. c. qui habe
tis. Non eſt ergo illud ſic acceptuʒ
reſtituēdum ei a quo acceptum eſt:
quia in turpi cauſa melior eſt cōdi
tio poſſidentis. ff. de conditio. ob
turpem cauſam.

De illicite acquiſitis ſecūdo mō:
videlicet cū illud ſit acquiſitum nō
debet̄ ei a quo eſt ſic acquiſitū. nec
tn̄ acquirens poteſt per ſe retinere
illud poteſt et debet de neceſſitate
ſalutis nō ſolum de conſilio ⁊ hone
ſtate pauperibus erogari et huiuſ/
mōi ratio eſt ſm Tho. ij. ij. q. quia
ipſa datio ⁊ acceptio eſt a lege pro/
hibita vt in ſymonia. Quidā tamē
extendūt iſtū ſecundū modum ad
omne lucrum in quo committitur
peccatum in dante ⁊ recipiente nō
ſolum in ſymonia ſed etiaʒ in pecu
nia accepta ex adulterio ⁊ pro vſu/
ra cum quis accipit mutuū ſine cau
ſa rationabili: puta vt amplius di/
cetur ⁊ inde ſoluit vſuraʒ. Illā vſu/
ram vt dicunt qui accipit retinere
nō poteſt nec tn̄ ei debet reddere q̄
dedit: q̄a turpiter operatus eſt dā/
do mutuum ei quem nouerat non
indigere. Sed Tho. non dicit hoc
ſed cum datio eſt cōtra legeʒ. in di/
cto autem caſu datio pecunie ꝓ mu
tuo non eſt peccatum ſed accipere
illo modo vſurario eſt mutuum eſt
peccatum: quia dat illi occaſionem
mali. Unde lʒ peccat mortaliter ſic
mutuum accipiendo: tamen debet
potius reddere illi a quo accepit q̄ȝ
pauperibus erogare. niſi vbi nō in
ueniretur ille a quo accepit. vel eti
am ſi vellet illam vſuram reddere.
non vſurario ſed illis a quibus ex/
torſit ipſe vſurarius vſuras pro eo
ſatiſfaciendo pro illa parte. et tunc
debet vſurario ſignificare ne iterū

illi reſtituat. et precipue debet hoc facere cum licētia epiſcopi: vt ſi dictus vſurarius vellet ab eo repetere episcopus cogat illum deſiſtere a repetitione. Et exquo vtiliter geſtum eſt negociū ratū habere debet nō tamē tenetur ad hoc. ſ. inquirere vel dare his quibus debitor eſt vſurari⁹: ſed ſufficit ꝙ reſtituat ei a quo accepit. pauperibus autē erogare non debet: cum nouit eum a quo accepit ⁊ poteſt ei dare. Quod expreſſe oſtendit Aug. dicens: Nolite facere elemoſynas de fenore et vſuris. xiiij. q. v. Nam cum dat̄ pauperibus quod debetur certe perſone non liberatur a reſtitutiōis obligatione ad illam perſonam. vt habetur ex̄. de homi. c. ſicut dignū. circa fi. Sed ī ſymonia ipſa datio ⁊ acceptio pecunie eſt ꝓhibita. Vn̄ dicitur. i. q. i. c. anathema danti anathema accipienti. Et ideo nec ſibi retinere valet nec illi reddere q de dit: ſed debet de neceſſitate ſalutis pauperibus erogare ſi poteſt vel illi eccleſie in cuius iniuriā data eſt pecunia applicari vel aliter prouideri prout habes in. ij. parte. ſum. ti. i. c. i. Similiter in iudicio prohibitum eſt iudici vel aſſeſſori cū habent certum ſalarium accipere aliquid a partibus pro iudicando vel non iudicando vł iudicando bene vel male. ⁊ teſti eſt ꝓhibitum accipere pro teſtimonio ferendo. Unde Aug. Ideo nō debet vendere iudex iuſtum iudiciū aut teſtis verum teſtimonium: quia vendit aduocat⁹ iuſtum patrocinium ⁊ iuriſconſultus verū cōſiliū. illi enim in vtrāqꝫ partem ad examen adhibentur. iſti ex vna parte conſiſtunt. xiiij. q. v. c. nō ſane. Quod ergo recipit iudex pro hmōi vel teſtis ꝓ ſe retinere nō pōt ſed debet illi reſtitui qui dedit ſi iuſte dedit: puta vt iuſte iudicaret intendens redimere quodāmodo vexationē ſuā. Unde Aug. in. d. c. non ſane. Ille ſolet male ſibi ablatam pecuniā repetere qui iuſtū iudicium emit. quoniam venale eſſe nō debuit. Sed ſi pecunia data fuit iudici ad eum corrumpendū vel teſti ad falſum teſtimoniū dicendū vel alicui ad falſo accuſandum vel aduocato ad iniuſte aduocandū: illi datori reddi non debet: qa turpiter dedit. nec ſibi retinere debet ſed pauperib⁹ elargiri vł illi in cui⁹ iniuriā data eſt. ⁊ p̄cipue ſi ex hoc amiſiſſet iuſtā cām. Habentur hec in. d. c. nō ſane. ꝑut ibi no. Joan. ⁊ Archi. ⁊ xxj. q. iij. c. qui recte. et Inno. ex̄. de immu. eccle. c. pleriqꝫ. Ray. ⁊ Hoſt. in ſum. Similiter inferiores officiales: vt nuncij miſſi. et hmōi ſi aliquid extorquent per im-

208

pꝛobitatem vt denarium paruum ꝛ hm̄oi tenet̄ pꝛo pauperib⁹ erogare. Et hoc vbi certū ſalariū recipiunt vt dicit glo. in. c. non ſane. nam cū ſalarium ſufficiens recipiūt ſi qua extoꝛquent. debent reſtituere ſi eſt quid notabile. Et idem videt̄ dicē duz de notarijs. camerarijs ꝛ hm̄oi qui officio ſuo exigunt aliquid a ꝑſonis. Si enim habent ſufficiens ſalarium tenentur ad reſtitutionem eoꝝ que accipiunt. nec videtur excuſari conſuetudo cū ſit irrationabilis. ar. xxiij. q. i. c. militare. vl' pauperibus erogare ſi de facili nō pōt inueniri. Si ꝟo ſalarium nō haberent vel non ſufficiens: credo ꝙ cōſuetudo excuſaret: quia nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare. ar. inſuper de his qui accipiūt pecuniaz ab accuſatis vel incarceratis anteq̄ꝫ pꝛoferatur ſnīa contra eos vt intercedant pꝛo eis ꝛ liberentur. Sciendum ꝙ accuſati vl' incarcerati ſunt culpabiles vnde ꝛ merito condemnandi illā pecuniā nec reddere datoꝛibus: q̄a turpiter dederunt. nec ſibi retinere poſſunt: quia turpiter acceperunt impedientes iuſticiam ſed debēt pauperibus erogare. ar. xiiij. q. v. c. qui habetis. Si ꝟo ſunt innocentes ad redimendam ſuam vexationē dederunt ꝛ pꝛocurandū ſui liberationem ſi intercеſſoꝛes eorum ſunt officiales ſalariati. al's pecuniam pꝛo hac receptam reddere debent vel pauptribus erogare. niſi data fuiſſet per modum doni ꝛ liberalitatis. ꝛ pꝛecipue poſt liberationem: quia tunc retineri poſſet. ar. xiiij. q. ij. c. ſicut epiſcop⁹. Et ſimiliter ſi interceſſoꝛes nō ſint officiales ſalariati. ſed pꝛiuate perſone laboꝛando pꝛo hm̄oi iuſta liberatione iuſte faciūt ꝛ qđ eis datur iuſte retinere valent.

¶ Item de pecunia data pꝛo adulterio cōmiſſo vel cōmittendo. quāuis quidam dicāt ꝙ debet dari nō ei qui dedit nec ſibi retinere: ſed ei dare in cuius iniuriam data eſt: ſcilicet marito ſi vxoꝛ eius cōmiſit adulterium ex quo pecuniam habuit. videtur ꝙ potius debeat pauperibus erogari niſi ille maritus eſſet pauper: quia pꝛopter paupertatem poſſet etiam confeſſoꝛ ipſe mulieri tanq̄ꝫ pauperi dimittere. Et ſil'r de viro cōmittente adulteriū quo ad vxoꝛem caſte viuentem. et videt̄ eſſe in hm̄oi quaſi idem ius ſicut eſt in turpi lucro: vt in meretricio. Quod etiam pot eſt retineri ſic acquiſitum: niſi ꝙ leges pꝛohibēt adulteria ꝛ puniunt: non autem ſimplicē foꝛnicationē ꝛ meretricia. Nihilomin⁹ de pecunia data pꝛo adulterio nil' ſtatuūt ſicut de pecunia

ſymoniaca ꝛ alijs hmōi. vnde pau/
peribus erogare potius inducendi
ſunt. xiiij. q. v. c. non ſane.

De acquiſitis per ludos fortune
extra illos caſus in quib⁹ debet ac
quiſitum pro huiuſmōi reſtitui de
bent pauperibus erogari. Quan/
doq; etiā; poſſet ſibi retinere. Sed
de hoc ſupra eo. lt. ti. i.

De illicite acquiſitis primo mo/
do: id eſt cum detur illi acquiſitum
ei a quo acquiſitum eſt: vt in furto
rapina. vſura. ꝛ huiuſmodi. regula
eſt ꝙ huiuſmōi ſint reſtituēda ſpo/
liatis ſiue ſint domini illarum reꝝ
ſiue ad eos ſpectet rē non fuiſſe ab/
latam vt accidit in pignore depoſi/
to cōmodato ꝛ huiuſmodi. lz enim
tales qui habent pignora depoſita
ꝛ huiuſmodi non ſint domini illaꝝ
rerum: tamen ex honeſta cauſa illa
tenent. ideo his debent reſtitui ta
lia ablata non dominis illarum re/
rum. Et ſic intelligo illud. iij. q. i. c.
reintegranda ſunt omnia ſpoliatis
extra. de reſtitu. ſpo. per totum. Si
autem res ablata eſt ab eo qui iniu
ſte habuerat: puta per furtū vel per
rapinam reſtituenda eſt domino il
lius rei nō illi furatori. quāuis aūt
male faceret talis reſtituendo fura
tori a quo ipſe acceperat ꝛ non do/
mino rei ipſius quem nouit. Ta/
men ſm̄ Ubert. liberatuſ eſt ab ob/
ligatione reſtitutionis: quia repo/
ſuit rem in priſtinum ſtatum ꝛ gra
dum. Quidam tamen dicunt ꝙ il/
lud quod acquiritur ex vſura men/
tali tantum non debet illi reſtitui
qui dedit: quia a ſe voluntarie ab/
dicauit nec ſibi debz retinere: quia
contra legem accepit. ex̄. de vſur. c.
conſuluit. ſed debet pauperib⁹ ero/
gari. ar. c. ſicut dignū extra de ho/
mic. de vſur. c. cum tua.
Sed iſta iura inducta vidētur eſſe
contra talem opinio. nam ibi dicit̄
ꝙ debent ablata reſtitui eis quorū
fuerunt ſi reperiuntur vel eorū he/
redib⁹ nec aliqđ ius nec aliquiſ do
ctor ſolennis facit iſtam diſtinctio
nem inter vſuram mentalem ꝛ pa/
ctionalem vt prima debeat reſtitui
ei qui dedit. ſecunda autem nō ſed
dari pauperibuſ erogari. Sed ſicut
indiſtincte dicit Auguſtin⁹ de ac/
ceptis per furtum ꝛ rapinam ꝙ de
bent reſtitui non dari pauperibus
ſic inquiens: Qui contra ius ſocie/
tatis humane furtis. rapinis. inua
ſionib⁹ oppreſſionib⁹ aliqua abſtu
lerunt reddenda potius ꝙ̄ donan/
da cenſemus. exemplo zachei. xiiij.
q. v. c. nō ſane. ita ꝛ indiſtincte di/
cit idem de vſuris. Nolite elemoſi/
nas facere de vſuris. q. ea. quaſi di/
cat: hec reddēda ſunt nō pauperib⁹

danda.ſ.cum inueniunt̃ qui dede/
runt ipſas vſuras. Et cũ dicit̃ ꝙ q̃
dedit vſuras voluntarie illud a ſe
abdicauit. Rn. ꝙ ſi dedit ex libera/
litate ꝛ per modũ doni verũ eſſet. ꝛ
tunc recipiens hoc ſciens non tene
tur reſtituere nec pauperibus dare.
Sed ſi dedit ratione mutui princi/
paliter: nõ abdicauit illud volunta
rie. ſupple. ſed cõditionate. ne mu/
tuanſ reputaret ſe grauatum ꝛ iſtũ
ingrauatum. ꝛ ſic alia vice nõ inue
niret mutuum. ꝛ ideo ſibi debet re/
ſtitui vſura. ſi aũt nil accepit vltra
ſortem: quãuis hoc nõ intẽderet in
nullo tenet̃ nec illi nec pauperibus
¶ Pro hmõi autẽ declaratione ſci/
endum ꝙ in re que debȝ reſtituiſſe
aliqs tripliciter poteſt habere: qa
aut eſt verus dñs. aut heres eius.
aut ſolũ eſt diſpenſator circa ipſam
rem. Et in primo caſu: cũ ſcȝ eſt ve/
rus dñs rei ablate debet ſibi reſti/
tui ſi poteſt. iij. q. i. c. reintegranda.
ꝛ fere per totam queſtionem. ꝛ hoc
niſi iuſto bello vel iuſto edicto im/
periali vel eccleſiaſtico ille cui res
ſublata eſt priuaretur iure rehabẽ/
di ſimpliciter vel ad tempꝰ. nam cũ
contingeret hoc: puta qa tanq̃ he/
reticus ꝯdemnatus eſt dñs rei. vel
de crimine leſe maieſtatis conuictꝰ
In quibus caſibus omnia confiſcã
tur. poſt ſententiam ſuper hoc non
ſibi ſed fiſco debent omnia ſua ap/
plicari. extra de here. c. excõmunica
mus. Inſuper ſi dominus rei abla/
te non habet adminiſtratõnem bo
noꝝ ſuoꝝ: vt pupillusꝰ: debet illud
reddi tutori vel procuratori. In ſe/
cundo ꝟo caſu: ſcȝ cum legitimus
heres eſt ſibi debẽt ablata reſtitui:
ſed cum tali diſtinctione ſm Ray.
qa ſi heredes ſunt plures vnicuiq̃
ſm ꝓportiones ſue hereditarie par
tis reſtituendum eſt. Si autem he/
res in aliqua determinata quanti
tate conſtitutus ſit. puta in capitu/
lo vel in domo ꝛ non plus tunc re/
ſtitutio non fiet heredi ſed illi vel
illis quibus teſtator cõmiſit diſpẽ/
ſationem bonorum ſuorum. Si ꝟo
defunctus in morte ſua omnia bo/
na ſua legauit pauperibuſ ꝛ pijs lo
cis: quibus illa legata ſunt acquiri
tur ius in bonis defuncti preſenti/
bus ꝛ futuris. vnde ꝛ eis debet re/
ſtitui. In tertio caſu: ſcȝ cum eſt diſ
penſator rerũ: vt epiſcopi ꝛ alij pre/
lati eccleſiarum ꝛ gubernatores ho
ſpitalium eſt diſtinguẽdum: quia
cum dant aliqua alijs aut dant de
rebus ſuis proprijs: puta patrimo/
nialibus. vel per induſtriam acqui
ſitis: ſicut ſcripture. doctrine. ꝛ hu
iuſmodi. ꝛ de hmõi dando quibuſ/
cunq̃ etiam malis: vt meretricibꝰ.
hiſtrionibus. quãuis grauiter pec/

cent. vt illud. lxxxviij. di. c. donare. tamen non tenentur ad reſtitutionem. nec illi qui hmōi recipiunt ab eis ſm Ray. ⁊ Ulri. Aut dāt de fructibus eccleſiarum ſuarum ⁊ locorum pioꝛum ad menſam eoꝛum ſeu vſum ſpecialiter deputatis. ⁊ tunc et ipſi male vtendo ⁊ dando male faciunt nō tamen tenētur ad reſtitutionem ipſi nec qui recipiunt ab eis. niſi reciperēt extoꝛſiones fraudes. violentias ⁊ hmōi tunc tenerētur. Et ad hoc ſm Thomā. ij. ij. q. clxxxv. ⁊ ſm Ul. Aut dant de bonis eccleſie deputatis ad cultum diuinum vel capitulo diſtribuēdis aut pauperib⁹ erogādis ſpecialiter vel cum etiam multipliciter cōmittuntur diſpenſationi ſue ſine diſtinctione ſibi deputatoꝝ ad vitā ab alijs ⁊ tunc ſi dāt cauſa neceſſitatis ſeu elemoſyne bene faciunt nec ipſi tenentur nec qui recipiūt ad reſtituendum. niſi darent de his que ſunt diſtincte deputata clericis: qa tūc tenentur eis de eo quod abſtulerūt ab eis: quia non danda eſt elemoſyna de alieno. xiiij. q. v. c. neque. Si dant pſonis honeſtis pꝛo patrocinio ⁊ laboꝛe quem impendūt eccleſijs etiam laudabiliter faciunt ſm quantitatē laboꝛis ⁊ induſtrie. Eccleſiaſticis enim vtilitatibus ſeruientes eccleſiaſtica opoꝛtet remuneratione gaudere. xij. q. ij. c. quicūq. Nec ergo pꝛelati dantes nec recipientes pꝛo hmōi tenētur in aliquo reſtituere. Sed ſi dant ratione parentele: cum tñ non indigeant vel cauſa fauoꝛis humani erga pꝛincipes non facerent ad redimendam vexationem quoad tyrānos ⁊ ſimiles. vel dant cauſa turpitudinis: vt meretricibus et hmōi tenentur ad reſtituenduꝫ que ſic male dederūt. non quidem de bonis eccleſie: ſed de boniſ patrimonialibus ſi habēt vel per induſtriam acquiſitis. Illi etiam qui ſic talia que alijs debebantur male accipiunt tenentur reſtituere. niſi is qui dedit ſatiſfecit. Tho. vbi ſupꝛa. Debent autem dare vel ſucceſſoꝛi eius qui dedit vel in vtilitatem eccleſie conuertere cū licentia ſuperioꝛis vel pauperibus erogare ſi illa pauperibus debebātur. Qui autem recipiunt a religioſis pꝛopter iniuſtam cauſam vel ſine licentia ſuperioꝛis debent reſtituere pꝛelato ipſius monaſterij vel conuentus vel aliis in vtilitateꝫ monaſterij cōuertere vel expēdere. pꝛecipue ſi ipſe pꝛelatus fuit q male dedit. In omni aūt caſu ex ſupꝛa dictis debet fieri ita ꝙ peccatū qd̄ eſt occultum nō manifeſtetur. ⁊ ita ꝙ non ſequat̄ maius ſcādalum. ar. di. xiij. c. duo. Qui autem tenentur

240

alicui eccleſie vel loco pio debent il lud dare gubernatori ſeu rectori eius loci: niſi ille rector nõ haberet iuſtum titulum ſed vſurpatum vel probabiliter credat male vſurꝫ· tũc enim poſſet in vtilitatem illius loci cõuerti vel ſucceſſori reſeruare.

¶ Quantum ad ſextum: ſcꝫ cur ſit fienda reſtitutio· Ad hoc beatus Tho. ij· ij· q· lxij. aſſignat rationem videlicet ꝙ reſtitutio eſt actus iuſticie· ad iuſticiam aũt habendam ⁊ exercendam quilibet tenetur· Cõſiſtit autem iuſticia in quadã equalitate que tollitur per vſurpationeꝫ ⁊ detentionem aliene rei· ⁊ reparari non poteſt niſi per iteratam dationem ſeu per aſſignatiõem rei ei cuius erat ſi poteſt· ⁊ ideo tenetur reſtituere·

¶ Sed nota ꝙ ſicut quilibet qui eſt ſui iuris poteſt donare rem ſuã ita poteſt etiam remittere rem ſibi debitam gratis ⁊ laxare ſuo debitori· que remiſſio ſiue donatio libere facta ſine fraude ⁊ coactõne poſtꝗ̃ facta eſt per penitentiam non poteſt reuocari· vt dicit Ray· ar. vij· q· i· c· ꝗ̃ periculoſum· ¶ Sed ſciendum ꝙ illi qui ponunt ſe in manibus creditorum promittendo ſeu offerendo ſe ad dandũ qđ peterent rogantes tamen ꝙ totum vel partem dimittant: ſed nõ intendũt reſtituere: imo ſperãt ꝙ pro nihilo vel modico quietabuntur alS nõ ſe ponerent in manib⁹ eorꝫ: a peccato quidem rapine· vſure ſeu alterius male vſurpatiõis nõ ſunt abſoluti: q͡a peccatum ad penitentiam ⁊ cõfeſſionem dimittitur quã illi vere non habẽt· Sed vtrũ abſoluti ſint a debito ſeu obligatione reſtituendi diſtinguendũ ſm Egid· ĩ quodlibet· quia ſi creditor in propria voluntate ⁊ liberalitate dimiſit et donauit non curans ꝙ debitor intenderet: non tenetur ipſe debitor ampli⁹ reſtituere ſi hoc ei clare conſtat. Secus autem ſi creditor deceptus vel coactus vel deſperatus· i· ꝙ nunꝗ̃ ſperabat ſe illud debitũ ab eo poſſe habere vel non poſſe habere totum· ⁊ ideo potius voluit hr̃e partem ꝗ̃ nihil dubitãs ꝙ nihil haberet ſi totum vellet hr̃e· Talis enim remiſſio non valet ⁊ adhuc obligatur ad reſtituẽdum· Sed quia hec materia eſt multum vtilis ⁊ neceſſaria ſciri et in frequenti practica ideo ſerioſius ⁊ plenius tractanda ⁊ quid ſentiant doctores in hoc referendum· ¶ Cum ergo queritur vtrum vſurario vel cuilibet alteri qui habꝫ aliena ſufficiat in foro cõſcientie remiſſio ſibi facta ab his a quibus extorſit vſuras vł alia male

ablata vel ab heredibus eorꝝ ſi illi non viuunt. Rñdetur diuerſimode a diuerſis vt i. §. ſequẽtibꝰ. Girardꝰ de ſenis aſſerit ꝙ habens male ablata niſi reddat aut ſufficientem faciat cautionem non poteſt liberari a ſua obligatione per alium modũ cum poteſt aliquo modo reſtituere nec enim poteſt debitũ deobligari.

¶ Et primo per viam remiſſionis.

¶ Secundo nec ꝑ viã ſatiſfactiõis.

¶ Tertio nec per viam liberatiõis

¶ Quarto nec per viã trãſlatiõis.

¶ Quinto nec per viã donationis

¶ Sexto nec ꝑ viã renunciationis.

¶ Septimo nec ꝑ viã conuenientie ⁊ diſcretionis. Inducit ad hoc has rõnes que nõ videntur multũ vigere: ſed ſine multa difficultate poſſunt ſolui per eos qui tenent ꝙ abſqꝫ actuali reſtitutõne poteſt tolli obligatũ male ablatoꝝ ab eo cui obligatur per quemlibet horũ modorũ. dũmodo nil fiat in fraudem. vel per metũ vel per deſperationeꝫ: ſcꝫ nõ rehabendi: ſed libere. ſponte gratis. ⁊ ſcienter. Si enim fraudulenter. coacte vel hmõi fieret talis deobligatio locũ habet quod dixit ⁊ non aliter.

¶ Qꝫ nõ poſſit tolli taliſ obligatio ꝑ viã remiſſionis niſi reſtituat̃ probat ſic: Nullus eſt capax remiſſiõis niſi a peccato prius deſiſtat. ſed habens rem male ablatã qꝫ diu remanet obligatꝰ ad reddendũ nõ dicit̃ deſiſtere a peccato. ergo nõ ẽ capax remiſſionis ⁊ per ꝯñs obligatio illa non põt tolli per viã remiſſionis. Ad hoc qꝺ facit regula peccatũ. de reg. iu. in. vj. Reſtitutio eniꝫ ꝑ quã obligatio tollitur eſt penitentia remiſſionis. Vñ non videt̃ remiſſio fieri niſi per reſtitutionẽ tollat̃ priꝰ obligatio. Sed ad hoc rñdet̃ maior põt intelligi dupliciť. Uno modo vt intelligat̃ de remiſſione debiti rei ablate. ⁊ ſic videt̃ falſa. nam põt alicui remitti debitum ſi vult ſm Egi. Secundo mõ vt intelligas de remiſſione peccati. ⁊ tunc eſt vera maior ⁊ minor falſa. nam habẽſ male ablata ſi non poteſt reſtituere vllo modo remanet obligatꝰ ad reſtitutionem cum poterit. extra de ſolu. c. odoardus. ⁊ tñ deſiſtit a peccato ſi penitet ⁊ ꝓponit reſtituere in futuꝝ. Sed ſi poteſt reſtituere ſed male: ⁊ hoc intendit facere ſi creditor nõ remittat. talis etiam adhuc remanet obligatus ad reſtituendũ ⁊ tamen deſiſtit a peccato penitendo. ⁊ quod pendet ex regula augeri peccatum ꝙ reſtitutio eſt penitẽtia remiſſionis. verũ eſt de reſtitutione nõ ſolũ actuali ſed etiã mentali ⁊ in propoſito ⁊ in equalenti.

¶ Qꝫ nõ tollatur ꝑ viã ſatiſfactõis



211

probat ſic: Satiſfacere eſt peccatoꝝ cauſas excidere ⁊ eoꝝ ſuggeſtioni‑bus aditū non indulgere. de pe. di. iiij. circa prin. Cum ergo oblatio et detentio rei .ſ. peccati quod fit per oppoſitum ſuum .ſ. reſtitutionē. igi tur niſi reſtituatur nō videt̃ poſſe ſatiſfacere quantumcunqꝫ acceptet creditor. Inſuper cū per ſatiſfactio nem non ſolum reparetur amicitia ſed etiam equalitas iuſticie que ab lata erant per vſurpationem ⁊ detē tionem alienoꝝ. niſi tollatur cauſa iniuſticie ⁊ inequalitatis que fit p reſtitutionem ſubtractoꝝ dum cre ditori redditur quod minus habe bat q̃ꝫ debebat ab ip̃o vſurpatore q̈ plus habebat q̃ꝫ debebat. non repa rabitur iuſticie equalitas ⁊ ſic non fiet ſatiſfactio niſi reddat ablata. Satiſfactio enim fieri debet p ip̄m debitorē qui violauit iuſticiā vſur pando aliena non per creditorem. Ad hoc reſponderi poteſt ꝙ vtique cauſa peccati excidi non poteſt ni‑ſi per reſtitutionem. ſed reſtitutio nō ſolum fieri poteſt actu ſed etiā mente ⁊ ꝓpoſito. al's qui non poteſt reſtituere cum nihil habeat. ſeque‑ret̃ ꝙ non poſſet ſatiſfacere pro pec catis: quod eſt falſum. Similit̃ eti‑am equalitas iuſticie reparari pōt nō ſolū per actualem reſtitutionē ſed etiā per aliū modū per quem ſi bi creditor vel iniuriā paſſus repu tat ſibi ſatiſfactum. Fit quoqꝫ in hu iuſmōi remiſſione ſatiſfactio p de‑bitorem qui violauit iuſticiā dū ha bet animū paratū ⁊ ſe offert ad re‑ſtituendum ſi non remittit.

¶ Tertio probat ꝙ non tollatur p viam liberationis ſic: Chriſo. dicit extra de reg. iu. c. oīs res per quaſ‑cunqꝫ cauſas naſcitur per eaſdē diſ ſoluitur. ſed obligatio talis iniuſti detentoris naſcit̃ per ſolā eius de‑prauatā voluntatem .ſ. rapiendo vł tenendo vel detinēdo rem alienā. ergo diſſolui non poterit niſi p vo‑luntatem .ſ. rectificatam .ſ. in reſti tuendo ablata. ⁊ ſic videtur ꝙ non ſufficiat voluntas eius cui fieri de bet reſtitutio ad tollendum obliga tionem cum nō fuerit cauſa ipſius Ad quod reſponderi poteſt ꝙ vo‑lūtas deprauata vſurpatoris recti‑ficari poteſt non ſolum per actualē reſtitutionem: ſed per intentōnem voluntariam reſtituendi ſi ille ſpō te voluerit remittere. ⁊ ſic non ſolū voluntas creditoris ſed ⁊ debitoris voluntas que fuit cauſa obligatio‑nis concurrit ad liberandum obli‑gatorem dum ſe offert ad ſatiſfaci endum creditori ad placitum.

¶ Quātum ad quartum .ſ. per viā tranſlationis ⁊ acquiſitionis domi nij probat ꝙ nō poſſet tolli obliga‑

tio ſic: Preſuppoſito ꝙ in vſura nõ tranſferatur dominiũ ſm quoſdaꝫ tunc aſſumitur talis regula: Nullus poteſt in re detinenda iniuſtuſ titulus aduenire niſi prius iuſt? auferatur titulus. nã iuſt? titulus auferri non põt abſqꝫ hoc ꝙ iniuſtus titulus acquiratur ꝛ ecõuerſo. ꝛ idcirco erit alia actio per quã iniuſt? titulus tollitur ꝛ per quã iuſt? titulus acquiritur. Nullus ergo aduenire poterit iuſtus titulus per quã actionem niſi ei auferatur iniuſtus titulus per aliã actionem. Sed illis qui acqrunt dñium in re detinenda aduenit iuſt? titulus p dñij acqſitionem. ergo ſi prius habuit iniuſtum titulum per rei aliene vſurpationem ꝛ detentõnem oportet ꝙ dictus titulus iniuſtus auferatur p eiuſdem rei reſtitutionem aut dñij acqſitionẽ. ꝛ ſic nõ eſt capax dñij ante reſtitutionẽ. ꝛ multo fortius in furtis ꝛ rapinis in quibus ſm oẽs nõ transferuntur dominium. Sed ad hoc respondetur ꝙ ad hoc vt dictum eſt reſtitutio per quã auferatur iniuſtus titulus in foro coſcientie fieri põt non ſolum manualiter ſed etiã mentaliter: dum. ſ. eſt paratus reddere realiter ſi non vult dimittere. ꝛ ſic ablata iniuſto titulo p ſpontaneam ꝛ liberã reſignationem creditoris acquiritur dominium.

¶ Quantum ad quintũ: ſcꝫ ꝙ non poſſit tolli p viã donationis pbatur ſic per has ppoſitiones: Ille cui reſtitutio fieri debet donare nõ põt priuſqꝫ ſit reſtitutus ꝛ ipſe iniuſte detinẽs aliena anteqꝫ reſtituat ablata certificari nõ poteſt de tali donatione vtꝝ ſit vera donatio. Primam ſic probat: Donatio niſi ſit libera nõ eſt donatio vera. ff. de adimen. lega. l. rem legatã. Iſte aũt q taliter donat. ſ. anteqꝫ ſit reſtitutuſ nõ libere donat: qa nõ libere illud habet cũ non actualiter habeat. Et ſi dicatur ꝙ libere reſtituendus poteſt habere ꝛ per ꝯſequẽs libere poteſt donare: qa decretoꝛ bonoꝝ ſuorum paratus eſt reddere. talis inſtantia nihil valet: qa reſtituẽdus certificari nõ poteſt ꝙ talis habẽs ſua male ablata ſit parat? ad ea reſtituenda. niſi ea ſtatim cũ poteſt reddat. vel pro eis reddendis ſufficientem cautionem faciat. qꝺ pertinet ad ſecundam propoſitionem. nam ꝛ ſi videantur aliqua ſigna q bus ſe paratum ad ſatiſfaciendum oſtendat non probatur eſſe ſufficientia: cum illis vti poſſit: ita ille q nõ habet intentionẽ reſtituendi ſicut ille qui habet. ꝛ talis alienoꝝ detentoꝛ iniuſt? cui donatio fit ante reſtitutionem non poteſt eam vt vera m donationẽ acceptare. vel ac

212

ciſpere cum bona conſcia. Ad qd̄ re
ſpondet̄ ꝙ donari poſſunt nō ſolū
res habite: ſed etiā iura ⁊ actiones
⁊ que ſperant̄ haberi. nec ꝑpter ea
poteſt dici ꝙ nō ſit donatio libera:
quia res actu nō habetur ⁊ cū hoc
negocium agatur ⁊ diſcutiatur ſm
forum conſcie vbi credendū eſt cui
libet pro ſe et contra ſe. et nemo ſit
arbitrandus ĩmemor propre ſalu/
tis. vt dicitur. i. q. vij. c. ſancimus.
ex quo debitor offert ſe paratum ad
reſtituēdum ſi vult. rogat tñ vt do
net non coact⁹ nō decept⁹ ſed ſpon
taneus poteſt ſibi pſuadere credere
libere donaſſe. precipue cū non ege
at multum. nec eniꝫ preſumitur de
facili quis proijcere ſua ⁊ donare.
¶ Quantū ad ſextum ꝙ non poſſit
tolli per viā renunciatōnis. ſed an
teꝗ̄ fiat male ablatorum reſtitutio
nō poteſt ille cui reſtitutio fieri de
bet renunciare. ergo nō poteſt tolli
obligatio detinētis aliena iniuſte
per viā renunciationis. Maior eſt
nota. minor probat̄. nam renuncia
tio illa que fit a ſpoliato anteꝗ̄ re/
ſtituatur ipſa decernitur eſſe nulla
ſicut patꝫ. iij. q. i. c. epiſ. ex̄. de reſti.
ſpo. c. ſollicite. ⁊ ideo preſumit̄ non
libere fieri: qa non eſt veriſimile ꝙ
ſponte iuri ſuo renunciauerit q re/
nunciat ſpoliatus. ſic in ꝓpoſito vi
det̄ dicendū ꝙ creditor renunciās
non reſtitutus nō videt̄ ſponte re/
nunciaſſe ſed vt coact⁹ ⁊ hmōi. Ad
quod Rn̄. ꝙ ea que continentur in
dictis. c. habent locum in foro con/
tentioſo vbi procedit̄ per preſum/
ptioneꝫ. ſed in foro conſcie etiā ſpo
liatus pōt renūciare iuri ſuo vt in
propoſito. Preterea eo ipſo ꝙ offert
ſe ad reſtitutōnem ſi vult iam reue
ſtit ⁊ reſtituit eum iuri ſuo.
¶ Quantum ad ſeptimū ꝙ nō poſ/
ſit tolli per viā cōuenientie ⁊ diſcre
tionis probat ſic: Suppoſito dicte
regule peccatum. li. vj. obligatio il/
la qua iniuſtus detentor alienorꝫ
eſt obligatus ad reſtitutionem ne/
ceſſe eſt ꝙ tollatur per viam reſtitu
tionis vel aliam equipollentē ⁊ que
rendo que ſit via equipollens reſti
tutōi. ſi dicat̄ ꝙ ſit remiſſionis via
vel donationis ſequitur inter alia
iſtud inconueniens ꝙ pōt dici re/
ſtitutio. ⁊ tñ in poſſeſſionem mini/
me poſit⁹. qd̄ patet eſſe falſum per
illud qd̄ habet̄. ff. de ver. ſig. l. plus
eſt. dicitur enim ibi ꝙ reſtituere eſt
nō ſolū penitentiā rei prebere ſed
etiā poſſeſſoreꝫ facere fructuſqꝫ red
dere. quapropter nulluſ poteſt dici
reſtitut⁹. Si ergo remiſſio q̄ fit an/
te reſtitutionē eqpollet reſtitutiōi
ipſi ſeqtur hoc incōueniens ꝙ etiā
nō poſitus in poſſeſſione dicet̄ re/
ſtitutus. Sed ad hoc rñdet̄ ꝙ in fo

ro conſcientie. ⁊ ab Aug. nõ ſumit ita ſtricte rſtitutio ſicut in foro cõ/tentioſo ſm iura. Nã quõcunqꝫ im pleatur voluntas creditoris a debi tore dicitur reſtitutio facta. ⁊ cũ qs cedit bonis ẽt anteqꝫ ponat eos in poſſeſſionẽ nõ reſtituit quo ad con ſcientiã. ¶ Queritur vtrum vſu/rario vel cuicũqꝫ alteri q habet alie na ſufficiat in foro conſcie remiſſio ſibi facta ab hiſ a quib⁹ extorſit vſu ras vel al's quecunqꝫ male ablata. Hanc queſtionem de vſuris Laur. in tractatu formans prius recitat opi. doctoꝝ. Dicit ergo in glo. ⁊ in reg. peccatũ. tenet ꝙ ſic. Sed dici/mus ibidem contra. ſ. ꝙ nõ ſufficit niſi pecunia ſit reſtitutioni parata Aliquoꝝ ṽo theologoꝝ opinio fuit ꝙ etiam nõ ſufficit ꝙ res ſit parata reſtitutioni: ſed etiam oportet ꝙ of ferat. Jo. an. ibidem ſuper glo. de/mum aſſumit viam mediam dicẽs ꝙ aut gerit in mente vſurarius re/ſtituere ⁊ remiſſio ſufficiat. aut nõ ⁊ tunc ſecus. Sed Fede. de ſenis in opere ſuo format indiſtincte opini onem dic. glo. ſic dicẽs: Si is cui de bent reſtitui pecunie. vel male abla ta. vel coactus non deceptus nõ re mittit ⁊ de omĩ dolo ⁊ vi ⁊ callidi/tate ⁊ metu ceſſantibus etiam pre/cibus vel ſeruitioꝝ exhibitione in/ductus debitam ſibi pecuniam nõ oblatam nec reſtitutioni paratam vſurario dimittat: liberatuſ eſt vſu rarius a reſtitutione. non tñ a pec/cato qđ ↄtraxit exercẽdo vſuras. ni ſi ⁊ de illo peccato pñiaꝫ agat. Põt etiam dici quod plus eſt: ꝙ ſi vſura rio pſeuerante in crimine ⁊ nõ diſ/poſito ad aliquã reſtitutionẽ. is q debꝫ recipere vſuras remittat illas proprio motu. vel ad petitionẽ vſu/rarij. liberatus eſt vſurari⁹ a reſti/tutiõe rei ⁊ ſi nõ a peccato: quia de hoc oportet ſatiſfacere deo p pñiaꝫ Hec ille. Hanc opi. videtur firmare Hoſt. in ſum. ⁊ Archi. i. c. ij. de vſu. li. vj. ſuper verbo ſatiſfactũ dicens: Satiſfactum accipimus quõcunqꝫ voluntati creditoris ſatiſfiat. Jdeꝫ Lap. Jdem aũt Lau. ſic concludit Ut tollatur oĩs dubitatio an ſit vł non ſit liber anim⁹ remittentis. et per ↄñs clara conſcientia vſurarij ⁊ vt facili⁹ inducãtur hoĩes ad cõ/tritionem ⁊ de cetero a talib⁹ abſti neant cautum eſt predicare ꝙ non ſufficit remiſſio facta. q̃uis ſe diſ/ponat ad ſatiſfaciendũ ſi nõ remit/teret creditor. ⁊ cauti⁹ ꝙ oportet ꝙ pecunia ſit reſtitutõi parata. ⁊ cau tiſſime ꝙ offeratur pecunia. vel qđ plus eſt ꝙ ponatur in manibus cre ditoris. Sed de iure ⁊ in foro cõſcie puto illam glo. cuius opi. ſequitur Fede. vt dictum eſt eſſe veriſſimaꝫ.

⁊ ad hoc inducit Fede· ipſe plures
rationes. ¶ Et prima eſt talis: In
maioris criminibus ſicut eſt in cri/
mine furti vel rapine vel violentie
re furtiua vł rapta remanēte apud
furem vel raptorem de voluntate
domini.purgatur vitium furti vel
rapine ſine aliqua reſtitutione·vt·l
ſi fur.de vſur·in prin·⁊·ff·de preca/
rio·l·ſi certe· ergo purgatur vitiuȝ
vſure remanente vſura apud vſura
riū de voluntate dn̄i· Et ꝙ illa ſint
maiora crimina patet ex maiorita/
te pene ſiue agatur ciuiliter ſiue cri
minaliter. Grauius autem eſt pec/
catum quod grauius punitur· vt
xxiiij·q·iij·c·nō offeramus.

¶ Secunda ratio eſt: Qui in crimi
ne vſuraꝝ ⁊ in alijs maioribus ſuf/
ficit facere condignam ſatiſfactio/
nem vel emendatiōem· extra de ra
pto.c·l·vt fit quis liberat⁹ a pecca/
to·c·quanto·extra de vſur· Sed ſa/
tiſfactū intelligitur quōcunqȝ deſi
derium creditoris impleat̄·etiaȝ ſi
non ſoluit·ff·qui ſatiſda·co·l·i·

¶ Tertia enim ratio eſt que vide/
tur ſm̄ eum inſolubilis·Sūt quidā
ſpeciales caſus in quibus obligat⁹
ad reſtitutionem nō ſufficit remiſ/
ſio.vt.c·exigit·de cēſi·li vj· ⁊ ibi de
hoc ergo in alijs caſibus ſtabit re/
gula ꝙ ſufficit remiſſio· Idē tenet
Pe·de pa· in·iiij·di·xv· qui dicit ꝙ
obligatus reſtitutioni excuſat̄ pro/
pter remiſſionē creditoris:qa ꝑ ac/
ceptationem tollit̄· ⁊ hoc niſi ſit ta/
lis perſona que nō habeat admini
ſtrationem· vel q̄ non pōt donare·
nec per ꝯn̄s remittere:qa remittere
eſt dare. Item qn̄ in iure eſt cautū
ꝙ remiſſio nō valeat tunc nō excu/
ſatur ſicut in iudice delegato q mu
nera ⁊ expenſas recipiens vel extor
quens tenet̄ reddere nulla partiuȝ
remiſſiōe ſibi ꝓfutura.ex̄.de reſcri.
c.ſtatutum li·vj·Et de viſitante iu
re ordinario recipiente munus ad
cuius duplū reſtituendū tenet̄·ex̄·
de cenſi·c.exigit·Hec Pe·Q ſi quiſ
obijceret regulā: Non remittit̄ pec
catum ⁊c̄· quod eſt verbum Augu·
⁊ reſtituere eſt rem in priſtinuȝ ſta
tum reponere·vnde non videtur ſa
tiſfacere remiſſio·Ad quod reſpon
dent predicti Pe· Lau· poſt Fede·
ꝙ Auguſti·in dicta regula non ha
buit reſpectum ad ſtrictam ſignifi/
cationem verbi: ſed eius mens eſt
verbis ꝓferenda· extra de verbo·
ſigni·c·intelligēda fuit· Q ſi offen
diſti proximū tuum rapiendo· fu/
rando.vſuras extorquendo recon/
cilies te cum ipō·⁊ cōmuniter quia
homines nō iactant pecunias ſuas
ſed volunt ſibi reſtitui res ablatas
propterea Auguſt·ſe retulit ad ver
bum reſtituatur·Q autem ſic intel

lexerit Auguſtinus oſtendit mul-
tipliciter. Hec ille. Quod autem di
cit Lau. ſupra: ſcz eſſe predicanduz
non ſufficere remiſſionem niſi fiãt
ea que dicunt diuerſi: non videtur
tutum vel cautum. Nam ex tali pre
dicatione ita poteſt ſequi periculũ
animarũ ſicut cautela. Sicut enim
predicator debet ſibi cauere a pre-
dicando ea que habẽt homines in-
ducere ad malum et ab allegando
mala: ita debet cauere a predican-
do ſcrupuloſa ⁊ ardua quando cõ-
munis opinio eſt in contrariũ. Hoc
enim eſſet inijcere laqueum anima
bus quod fieri nõ debet. xxvij. q. i.
c. v duas. Audiendo enim talia et
non ſeruando cũ ex auditis format
ſibi conſcientiam hoc neceſſario ſi-
bi fieñ. qui habet huiuſmõi remiſ-
ſionem ſi ex difficultate nolit ſe po
nere ad faciendũ erit in malo ſtatu
ratione ꝯſcientie ſibi facte ſuper eo
in quo bene poterat tranſire cũ bo-
na conſcientia. Preterea ſi predica
tor hoc dicat in predicatione. ſ. ſibi
nõ ſufficere remiſſionem niſi ⁊c. et
poſtea in audientia ꝯfeſſionis faci
at contrariuz ⁊ dicat illi ſufficere:
nõne ex hoc poteſt ſequi magnum
ſcandalũ ꝯtra doctrinã predicatio-
nis. ex hoc eniz poterũt credere ho
mines ſic eſſe de multis alijs q̃ pre
dicatores dicunt. ſ. ꝙ non ſunt ſim-
pliciter vera ſed ad terrorem dicta
⁊ ſic periclitabit fidei doctrina. nõ
video etiã cum bona conſcientia ꝙ
abſqꝫ ſui magno peccato poſſit hoc
dicere in predicatione ſi ſentiat cõ
trarium: quia communiter hoc te-
nent doctores. Sed ⁊ ſi teneret ali-
quaſ alias opiniões cũ ille ſint ſcru
puloſe nõ debet velle inducere ho-
mines ad ſuos ſcrupulos. ¶ Nõ er
go predicando dicat ꝙ ſufficiat re-
miſſio ne inducat occaſionem mali
⁊ aperiatur via vſuris. neqꝫ dicat
ꝙ nõ ſufficit ne dicat mendaciũ vel
ſcrupulos ⁊ laqueos iniiciat audi-
toribꝰ. ſed dicat ꝙ dicit Au. ꝙ opor
tet ꝙ reſtituat ſi poteſt. xiiij. q. vj.
c. ſi res. Et in reſtitutione includit̃
remiſſio. Hoſt. in ſum. ti. de vſu. di-
cit ꝙ ſi fenerator partem pecunie fe
nebris reſtituat ei a quo habuerat
vel heredi ſuo ⁊ de voluntate eius
partem retineat. dicunt Theologi
indiſtincte ꝙ non eſt liberatus ni-
ſi totũ offerat. Tu dicas ꝙ ſi ex pa-
cto ſit non eſt liberatus. ar. c. veni-
ens. extra de ſymo. Si autem vſura
rius partem ſine pacto liberaliter
ſoluat vt offerat et de altera parte
miſericordiam petat ⁊ creditor libe
raliter remittat: liberatus eſt debi
tor nec tenetur vlterius ad reſtitu-
tionem: ſicut nec tenet̃ ſi gratis ac
cepiſſet gratis oblatum ſm Goff.

214

Hic tamen bonꝰ iudex ex certis cõiecturis motum ſui animi in formabit. nam ſi creditor eſt pauper ꝛ inops ꝛ vſurarius diues ꝛ potẽs: nõ preſumo ꝙ creditor ipſum vſurariũ ex corde liberet: ſed hoc faciat quia vltra recuperare nõ poteſt vt illud tantillum quod offert recuperaret ꝛ non amitteret. Si ꝟo creditor ſit diues ꝛ potens qui etiam cõſueuit hiſtrionibus ꝛ ioculatoribꝰ tantundem de ſuo donare vel plus. frequẽter p̃ſumi poteſt ꝙ hoc ex corde faciat. Hec ille.

¶ Item in quadam ſummula dicitur ꝙ ſi vſurarius offert libere totã ſummã pecunie creditori oſtendẽs plenariã voluntatem cum nõ habeat: q̃a ſi crederet ꝙ aliquid accipet nõ offerret. creditor nihil penitus vult accipere ſed liberaliter dimittere totum iſte plenarie ſatiſfecit proximo ſed non deo. ꝛ ideo poſtea ſufficit ſibi ſola contritio vt ſatiſfaciat deo. Unde conſulendum eſt nõ contritis vt haud minꝰ hãc liberam ſatiſfactionem faciant primo.

¶ Itẽ ſunt aliq̃ vſurarij qui nituntur decipere deum qui numeratam pecuniam ꝛ acceptaȝ tunc exponũt creditoribus credentes ꝙ illam nõ accipiant: quia ſi crederent ꝙ illam reciperent non illam repreſentarẽt at ille timore vel verecundia ductꝰ nihil vl' parum recipit reſiduũ dãs ꝛ ſic tales dicerent ſe ſatiſfeciſſe qđ non eſt verum.

¶ Item nota ſm quoſdam ꝙ ſunt quinqȝ modi ſatiſfaciendi.

¶ Primus modus eſt cum pecunia libere offertur.

¶ Secundus modus eſt cum pecuniam non habet ꝛ offert pignora.

¶ Tertius modus eſt cum pecuniam non habet nec pignora congruentia facit tñ cum inſtrumentis vt heredes compellãtur ad ſatiſfactionem ꝛ etiam ipſemet.

¶ Quartꝰ modus eſt cum mediante ſacerdote vel aliquo religioſo fit volũtaria ꝛ libera ꝯcordia. Iſte tñ modus debet ſemꝑ oſtendere creditori velle ꝛ poſſe liberũ debitoris.

¶ Quintus modus eſt cum conſenſu ꝛ miſericordia creditoris ponit debitor aliquã poſſeſſionem in manu alicuiuſ honeſti viri ꝛ cuius fructibus ſoluantur per tempus debita. deinde poſſeſſio ad heredes reuertatur. vel ita debet ꝑmanere pro incertis. Hec ibi.

¶ Item Archi. in roſario. xiiij. q. v. c. non ſane. dicit ꝙ Hoſti. dicebat ꝙ in his in quibus eſt peccatũ mortale ſm legem diuinã: vt in furto vel rapina diſpenſare nõ poteſt epiſcopus: immo nec etiã papa vt aliq̃ dicunt quominꝰ penitentiã agat

ꝛ reſtitutio fiat ſi poteſt·ex̄·de vſu·
c·cū tu· Jn his ꝯo in quib⁹ eſt pec/
catum moꝛtale ſm ius poſitiuū· et
cum ep̄is ſeu inferioꝛibus pape in/
terdicta eſt diſpenſatio nullus diſ
penſare vel dilationem pꝛeſtare po
teſt niſi ſolus papa·iij·q·i·c·reinte/
granda·vel hi quib⁹ ſpecialiter cō/
miſerit·Si ꝯo nō eſt interdicta po
terit. Hec ibi· Sed ꝙ dicitur papa
non poſſe diſpenſare in his reſtitu
tionib⁹ vbi eſt peccatū moꝛtale per
petratum in vſurpatione contra le
gem diuinaȝ facta in furto rapina
vſura ꝛ hmōi·quominus reſtitutio
fiat ſi poteſt· videtur intelligendū
quo ad reſtitutionem certoꝛū ſi ſci/
untur perſone· vel quo ad incerta
cum diſpenſaret ſine cauſa rationa
bili·vel ſaltem dubia pꝛo libito vo/
luntatiſ. Non enim poteſt tollere q̄
ſunt pꝛopꝛia hoīm ꝛ dare alijs ſine
cauſa:ſed cum cauſa rationabili po
teſt:puta per modum pene: vt cum
aufert regnum vel imperiuȝ alicui
pꝛopter demerita ſua: qa eſſet ini/
micus eccleſie hereticus vel ſciſma
ticus nec ſe vellet coꝛrigere· vł cum
faceret mouere bellum contra ali/
quem dn̄m vel ciuitatem perſequē/
tem eccleſiam vel fauentem hereti/
cis vel detinentem bona eccleſie ꝛ
traderet alijs dignitateȝ iura ꝛ bo
na illoꝝ ſicut factū eſt pluries· nec
poteſt papa cum bona conſcīa que
pauperibus deberet diſpenſare da
re diuitibus ſine cauſa rationabili
ſed cum cauſa rationabili poteſt ta
lib⁹ obligatis remittere ſeu vt pau
perib⁹ dare ea que acquiſierūt per
furta rapinas ꝛ vſuras cū ſunt īcer
ta ſm omnes. al's cum ſit ſupꝛemus
ꝛ vniuerſalis pater paupeꝝ magis
q̄ȝ ep̄i qui in hmōi ſolent diſpenſa/
re. vt·lxxxvij·di·c·ep̄s. ex̄. de·Quia
habet etiā plenitudineȝ poteſtatis
in diſpenſatione bonoꝝ eccleſiaſti/
coꝛum ꝛ plenā iuriſdictiōem in ter
ris eccleſie foꝛte de hmōi bonis·ſ·
eccleſiaꝝ ꝛ hoꝝ qui habitant in ter
ris eccleſie poſſet remittere debita
ex furtis rapina ꝛ vſura·etiā cū ſci/
untur perſone ſine coꝝ conſenſu et
ex aliqua cauſa rōnabili·Nā quoti/
die hoc fit vt iura vnius eccleſie ꝛ
fructus auferat ꝛ det alteri q̄ȝ cura
to illius eccleſie·cū cauſa tamen vt
creditur rationabili· ꝛ ſic multoma
gis in hmōi poteſt dare dilationeȝ
qa plus eſt remittere debitū q̄ȝ di/
lationem dare ad ſoluendum·

¶ Queritur vtꝝ ſuper incertiſ cum
ep̄o qui eſt pater paupeꝝ poſſit fie/
ri compoſitio vel trāſlatio. Rn̄det
Laur· Sciendum ꝙ Pau·in cle. de
pe·ꝛ re·hunc paſſum examinat ꝛ fi/
naliter determinat ꝙ nō·per illum
tex·ꝛ p· c·fi·de offi·vica·li·vj· Vult

215

enim ꝙ ſine mādato apoſtolico id facere nequeant epi·niſi componerent de tanta quantitate quāta eſt illa ad quā aſcendūt ⁊ nō de minori·Contrarium ſeruaᷣ lꝫ facta tacita compoſitione feraᷣ demū ſnīa taxatiua ipſoꝝ incertoꝝ ⁊ ſi vera ſūt que fatus eſt Pau· quod videᷣ de iure· nec videᷣ cōtraria conſuetudo valere·alˀs multoꝛuꝫ anime illaquearentur·Textus tamen illi videre meo non pꝛobāt ita clare·Unde foꝛte poſſet reſponderi ꝙ nō eſt credendū ꝙ papa qui pꝛeficit epos patres paupeꝝ indiſtincte non cōceſſit eis in ſpecie ꝙ ex cauſa poſſēt cum talibus tranſigere·⁊ iſti habēt maioꝛem poteſtatem q̄ꝫ illi quibus libera adminiſtratio conceſſa eſt· Item non ſimpliciter donant·Iteꝫ papa ſcit hanc cōſuetudinem ⁊ diu tollerauit· Finit tamen taxationes per ſentētiam·Hec Lau·Foꝛte poſſet dici ꝙ exquo ad eccleſiam militantem valet dictum Lau·⁊ etiam quo ad deum ⁊ eccleſiā triumphantem:cum ex cauſa rationabili facit compoſitionem de minoꝛi quantitate q̄ꝫ ſint incerta:puta reſiduum dimittit ei vt pauperi·cum alˀs non poſſet viuere ſine indecētia ſui ſtatus notabiliter·Sed vbi abſqꝫ cauſa epiſcopus ſcienter componat de minoꝛi quantitate notabiliter,valet dictū Pau·in foꝛo dei·Non eniꝫ credendum eſt papā feciſſe epiſcopos diſpenſatoꝛes bonoꝝ pauperū vt poſſent pꝛo libito voluntatis remittere vel componere ſuper incertis vt de his poſtmodum pompoſe viuant·Nec ipſe papa poſſet cū bona cōſcientia abſqꝫ aliqua rationabili cauſa facere hmōi taxationes longe minus q̄ꝫ ſit debitum incertoꝛum ⁊ reſiduum ſcienter illis debitoꝛibus dare:cum omnia bene et plene poſſint reſtituere·Secus cuꝫ dubitatur vtrum ſit debitoꝛ de incertis·nam in dubio ſemper eſt interpꝛetandum factum pape permaxime in bonum·vt di·xl·c· non nos cum glo·Papa enim ⁊ ſi habeat plenitudineꝫ poteſtatis errare poteſt vt homo·⁊ inter cetera ſue poteſtatis non auferretur ſibi cōditio iſta cōmunis hominū quin poſſet peccare moꝛtaliter ⁊ deſcendere ad inferos·grauius ceteris puniendus ſi deliquerit· vt diciᷣ di·xl·c· ſi papa·⁊ in glo·Inſuper cum reſtitutio certoꝝ debeat pꝛecedere reſtitutionem incertoꝝ ꝙ epi circa vſurarios publicos vt licentient ad ſacramēta eccleſie ⁊ ſepulturā pꝛius componant ſuper certa quantitate pꝛo incertis quā ibi ſolent imburſare magis q̄ꝫ pauperibꝰ dare· ⁊ de ceteris non pꝛouideant ſufficienter vt red

dant̄ integraliter minus bene faci unt. quinimo ſi non ſufficerent bo na q̄ remanent vſurarijs vel here/ dib⁹ eoꝝ tenent̄ que acceperūt pro incertis ꝯtribuere pro reſtitutione certoꝝ al's fures ſunt ꝛ latrones au ferentes q̄ debent̄ certis pſonis. ex̄ de vſu. c. cū tu. xiiij. q. vj. c. ſi res. Sꝫ cōſuetudo in hoc nō excuſat q̄ po/ tius dicenda eſt corruptela: qa con tra ius diuinum. di. viij. c. que con tra mores. xxxij. q. vij. c. flagitia.

¶ Quantum ad ſeptimū. ſ. de mo/ do reſtituēdi ſeu ordine. Circa qđ conſideranda ſunt tria. Primū eſt ꝙ reſtitutio certoꝝ proponēda eſt reſtitutioni incertoꝝ. ¶ Sciendūꝫ igitur ꝙ certa omnia obligāt reſti/ tutioni. i. cum ſciūtur perſone qui/ bus eſt facienda prius integraliter ſoluenda ſunt ꝙ̄ ſoluantur incerta qñ. ſ. ſcitur vel dubitat̄ bona reſti/ tuentis non ſufficere ad vtrunqꝫ. nam reſtituende ſunt plene prius ꝛ integraliter certa. ꝛ hoc triplici ra tione. Primo rōne ſucceſſionis. Se cundo rōne obligationis. Tertio ratione ſimilitudinis. ¶ Quantū ad primā ratiōeꝫ. ſ. ſucceſſionis ad uertendum diligenter ꝙ nō ſucce/ dit in pauperibus ipſe xp̄s niſi qñ non reperiunt̄ perſone certe quib⁹ reſtitui debent certa: vt q̄ſi p ſubſti tutionem ſuccedere videat̄ ac ſi di ceret teſtator: dimitto meos here/ des tales ꝛ tales qb⁹ debeo. vl' etiā ſi nō debeo. Sed ſi eos nō repiri cō tingat ſubſtituo mihi xp̄m cū pau perib⁹ ſuis. ¶ Quantū ad ſecundā rōnem obligationis ꝓbat̄ hoc ſic: Nā pauperib⁹ non tenent̄ heredes dare. ſ. pro reſtitutōe dictoꝝ incer/ toꝝ niſi vnica rōne. ſ. in foro dei. ſꝫ creditorib⁹ certis tenentur duplici rōne. ſ. in foro dei ꝛ in foro mundi: qa heredes pñt a creditorib⁹ in iu dicio ꝯueniri. ¶ Quantū ad tertiā rōnem. ſ. ſilitudinis probat̄ idem a ſimili de voto ſimplici ꝛ ſolēni. Nā votū ſimplex non ita obligat ſicut id qđ eſt ſolenne. quo ad deum ſim plex obligat: ꝛ ſolenne quo ad deū ꝛ ad mundū in foro mundi. vñ ſim plex votum impedit matrimoniuꝫ ꝯhendū ſed nō dirimit ꝯtractū. ſo/ lenne aūt ꝛ impedit ꝯhendū ꝛ ꝯtra ctum dirimit. vt patet di. xxvij. per totū. ꝛ rō h⁹ eſt: qa in voto ſimplici vnū ē vīculū ligās i ſolēni duplex.

¶ De reſtitutōe ꝯo certoꝝ ſciendū ꝙ reſtitutio etiā fieri debet cū quo dam ordine. Pro cui⁹ declaratōne ſciendū ꝙ ſm triplicē voluntatem creditoris ꝯtingit debitorē habere ſubſtantiā eius. Prima eſt violēta. Secūda eſt ꝯditionata. Tertia cō/ formata. Priā reperit̄ in furto ꝛ ſi/

milibus. Secũda in vſura. Tertia in contractibus licitis ſiue iuſtis. ⁊ ſm hunc triplicem voluntatis gradum varie prius ⁊ poſterius homo reſtituere obligatur. Cum igit̃ prima voluntate .ſ. violenta debitor tenetur: vtputa quia abſtulit per furtum ⁊ rapinas ⁊ hmõi violẽtias: talia prius reſtituenda ſunt q̈z vſura ⁊ alia debita ⁊ hoc propter tria. ſcʒ propter offenſionẽ. ꝓpter expropriationẽ. ⁊ ꝓpter compulſionem. Propter offenſionez quidem: nam maior in eis fert̃ iniuria: qa illa penitus ſunt inuoluntaria .ſ. rapina furtũ ⁊ hmõi. vſura ꝟo aliquo mõ eſt volũtaria .ſ. voluntate ꝯditionata. ꝓpterea de ſui natura minorem iniuriã in ꝓximũ ſapit: alia ꝟo debita ſine iniuria fiũt: qa ſunt volũtaria: puta id qđ debet̃ rõne emptõis facte alicuius rei. vel rõne mutui liciti ⁊ hmõi. ⁊ ideo rapina ⁊ furtũ pri⁹ reſtitui debet q̈z ipſa vſura ⁊ alia debita licito mõ cõtracta. ⁊ eadẽ rõne prius rapina: quia grauior fit in ea violentia ⁊ iniuria q̈z in furto. Secundo debet ſeruari talis ordo propter expropriationẽ. nam in rapina ⁊ furto ſm oẽs ei⁹ dñium nõ tranſfert̃. ⁊ ideo talia nunq̈z totaliter fiunt poſſidentiũ. in vſura ꝟo dñiuʒ transferre videt̃. Tertio ſeruãdus eſt talis ordo ꝓpter compulſionem magis enim debitor compellit̃ ⁊ artatur a iure reſtituere q̃ extorſit per furtum ⁊ rapinã q̈z qui habuit per vſuram. nam ad reſtitutionem vſure compellit̃ diuino et eccleſiaſtico iure: ſed ad reſtituendũ rapinã cõpellitur vel artatur iure diuino eccleſiaſtico ⁊ ciuili. ¶ Ex quib⁹ ſequtur ꝙ debitor ſi nõ poteſt inſolidũ reſtituere quod extorſit per rapinã ⁊ furtum ⁊ etiam quod habuit per vſuram. ⁊ hoc cum ratione voluntatis cõcurrentis: quia in ſoluente vſuram aliquo modo voluntas eius concurrit ad illam expoliationem vſure. Sed expoliatus per furtum ſeu rapinam cõtra omnem ſuam voluntatem expoliatur. Tum etiam ratiõe iuris cohartantis. nã a iure ciuili homo compellit̃ ad reſtitutiõem rapine ⁊ furti inſolidũ: etiam ſi nõ habeat ad reſtituenduʒ vſuras. Huius ſententie eſt Gir. ordinis heremitarum que vidẽtur rationabiliter dicta. hoc excepto .ſ. ꝙ debent prius reſtitui rapina furtum ⁊ vſura q̈z alia debita modo licito contrata. Hoc enim eſſet offerre holocauſtũ de rapina. Sicut enĩ iniuſte acciperet̃ ab aliquo diuite vt daretur elemoſyna pauperi. vt dicit Aug. xiiij. q. v. c forte. ita ⁊ iniuſtum videt̃ vt de eo quod debetur iuſte alteri. puta honeſti mutui

vel emptionis vel alicuius liciti cō tract⁹ reſtituat aliena. hoc eſſet ra/ pere alienum vt reddat alienum. ⁊ non ſunt facienda mala vt eueniāt bona ait Apoſtolus ad Ro. Ad hec xiiij. q. v. c. neq; enim.

¶ Quantū ad ſecundam volunta/ tem que dicitur conditionata: que ſcz cadit in vſura. dicit Ale. lōbar/ dus ꝙ prius tenetur quis reſtitue/ re que habuit per vſurā ꝙ̄ que ha/ buit per alios cōtractus factos vo/ luntarie. Et huius ratio eſt: qa in reſtitutione debitoꝝ ſolum ſeruat̄ iuſticia. ſed in reſtitutione vſure ⁊ male ablatoꝝ non ſolum ſeruatur iuſticia ſed etiā iniuria deo facta ⁊ proximo amouet̄. ⁊ ideo reſtitutio vſure eſt preferenda. Si tñ ꝯriū ob/ ſeruet̄: qa ſcilȝ talia iuſta debita in ſatiſfactione preponentur male ab latis. Aduertēdum ꝙ duplici caſu hoc fieri poteſt: ſcz quando debita ſunt clare manifeſta et reſtitutio male ablatorum non ſic ſed obſcu/ re ſic inquirendo. Secundo qñ res que debetur eſt determinata. nam clarū ſemper precedit obſcuꝝ in iu re. ⁊ determinata ratio indetermi/ natam. ſed illud cōiter nō obſerua/ tur etiam in duos predictos caſus qꝺ etiā videt̄ rōnabiliter fieri: qa indecens vdet̄ vſurā debere reſti/ tui de re alteri iuſte obligata. nam ꝑ hoc nō tollit̄ iniuria facta ꝓximo ⁊ deo: ſed additur noua: qa alienū aufertur. nec enim tenetur deo ⁊ ꝓ ximo ratiōe vſure perpetrare vel al terius mali ablati niſi inquantum pōt de iure. ar. ex̄. de reg. iur. nemo ad impoſſibile obligat̄. Si ergo nō poteſt reſtituere vſurā niſi ſubtra/ hendo ius alterius. protunc excuſa tur a reſtitutiōe. Propterea hoc ma gis erit violētuȝ ſeu ꝯtra voluntatē eius cui debet̄ aliquid ratione con tractus iuſti ſiue liciti. ſ. ſubtrahe/ re ſuum creditū ꝙ̄ fuerit accipere vſurā ab alio. ꝓpterea nō videtur rōnabile vt iuſto obſequio qꝺ fecit proximo. ſ. ei mutuando: ſeu expe/ ctando precium rei vendite repor/ tet incōmodum ⁊ damnū. qꝺ con/ tingeret hoc ſeruādo: cū qui dedit vſuram iam receperit cōmodū ma gnū ex mutuo ſibi facto. ideo debet ſibi ſufficere vt vſurari⁹ reſtituat ſi bi vſurā cū poterit de ſuo ⁊ nō alie no: qa ſm regulam nemo debet lo/ cupletari cum alterius iactura vel damno. de reg. iu. li. vj. Et hoc niſi iura cōmunia vel municipalia ali/ ter diſponerent: quia in hmōi ſer/ uanda ſunt. nam iure humano poſ ſeſſiones ⁊ alia vt propria poſſiden tur. vt patet di. viij. c. quo iure.

¶ Quantum ad tertiam volunta/ tem que dicitur conformata. hec re

217

periťur in contractibus licitis·vbi voluntas contrahētium conformatur inſimul· In reſtitutione etiā talium aliqua prius reſtituenda ſunt Nam prius reſtitui debent omnicunq₃ certa debita q̄₃ quecunq₃ ad pias cauſas relicta ꝛ donata· Cuiꝰ ratio eſt: qa donatio ad pias cauſas largitio ſunt ex ſuprogantis cōſilio vel ſunt forte bona incerta·reſtitutio aūt male ablatoꝝ ſeu alioꝝ debitoꝝ certoꝝ ſunt ex obligatiōis precepto· Prius eniȝ reſtitui debēt que ſunt ſm neceſſitatem precepti q̄₃ que ſunt ſuper erogationem conſilij· Huic ſententie concordat Archi·in c· non ſane·i·q·v· Hinc etiā Ray·ait q̄ ſi creditores ꝛ legatarij ſimul venerant ad heredē primo ſatiſfaciendū eſt creditoribus·ſed ſi veniant ſeparatim liberabitur heres ſoluendo per ordinem cuilibet venienti ſiue creditoribꝰ ſiue legatarijs·dū tn̄ nil in dolo vel in fraude operetur· Uerumtn̄ ſi legatarij preueniūt creditores ꝛ accipiūt vel poſteriores creditores priores ꝛ poſteriores in iure p̄ueniūt creditoreſ poſtmodū venientes heredeȝ inqtare nō debēt·ſi tn̄ de hereditate remanſerit ei vnde poſſit adhuc ſatiſfacere illis ſed habent tanq̄₃ potiores ius ſuum ſaluum contra legatarios qui primo acceperunt· Si militer ꝛ creditores anteriores cōtra poſteriores q̄ acceperūt. Idem quoq₃ Uul· ait ꝛ addit q̄ ſi heres ſcit vel credit hereditatem vltra debita nō extendi ſiue ex contractu vl' quaſi ſeu ex maleficio vel quaſi nihil legatarijſ debȝ dare·Si vo quātitatem debitoꝝ neſcit debet creditoribus ſatiſfacere primo· Et ſi legatarij priuſ vel ſimul cum creditoribus legata petant etiam creditoribus potioribus primo ſoluenduȝ eſt·Si auteȝ de hereditate nihil remanet primo ſolutis debitis legatarijs non tenet̄·Si vo hunc ordinem mutauerit heres primo·ſ·ſoluendo legatarijs ſeu ſecundarijs creditoribus priorībꝰ in foro cōſcientie minime liberatur· niſi hoc faciat ignoranter reputans·ſ·hereditatem ſufficere ad omnia ſoluenda vel neſcientes hunc creditoreē eſſe potiorem· His aūt ꝯcordat Hoſt·

¶ Item nota q̄ ceteris paribus ſeruanda eſt regula: Qui prior eſt tēpore potior eſt iure·de re·iur· li·vj· Ubi aūt ſunt p̄uilegia paria·ſ·perſonaꝝ ꝛ actionum inſimul ꝛequaliter ſatiſfaciēdum eſt·niſi de aliquo illoꝝ probetur q̄ alteri preferenduſ ſit ſm legē pacti vel ſcripti vel vſus probati· Hec autem notari ſolēt·C· de bo·auc·iudi·poſſi·l· pro debito· Cum ergo mercator vel alius fran

git vel vt vulgariter dicitur fallit non ſufficiens ſatiſfacere credito/ribus omnibus ex integro venien/tibus cunctis vt ſibi ſatiſfaciat hic ordo ſeruatur ſm Bal·in·l· pro de/bito·C·de bo·aucto·iudi·poſſi·

¶ Primo debet ſatiſfieri dominis rerum·verbi gratia:Deponentibus ſi depoſita erant ſibi facta. vt·ff·de priui·credit·l·fi·⁊·l·veteri.

¶ Secundo ſatiſfit mercium ven/ditori ſi extant merces· hoc eſt ipſe merces reſtituuntur tanq̄ ſingula riter pro precio obligate· Si autem plus valerent id plus redditur ad cōmodū creditoꝝ·vt·ff·de act·ven· l.iulianus· Si aūt ipſe merces non extant ſed vendite ſunt ⁊ loco earū alie ſurrogate:tales ſurrogate non redduntur loco eaꝝ:quia non ſunt pro precio obligate·vt.ff·de in rem verſo.l.quidam· Huius ratio aſſi/gnat̄:quia precium ex illa re reda/ctum obligatū non erat· ergo nec etiam res que emit̄:vt habet̄ Exo/di· Idem quoq; in permutatōne di ctum eſt:qa vbi ſpecies in obligati one eſt nō ſuccedit loco alteri⁹ alte ra·vt notat̄·ff·de ver· ſig·l·labeo·

¶ Tertio ceteris paribus prefert̄ vxor:qa ypothecā habere cenſetur ⁊ ideo prefertur nedum pretenden tibus pſonalem obligationem ſed etiā pretendentib⁹ tacitam ypothe caꝫ·vt·l·aſſidu⁹·C·qui po.in pi·ha· non tn̄ prefertur creditorib⁹ haben tibus ypothecas expreſſas· Fiſcus quoq; habet ſimile priuilegiū cum muliere·C.de priui·fiſci.l q̄uis·et de hoc etiā habes ex̄·de pigno·c·ex literis·in glo·quoniam·

¶ Quarto poſt ypothecas veniūt deponentes·ſ· ſi non extat depoſi/tum·ff· depoſiti·l· ſi hominis.§·fi· Hoc enim priuilegium datur cauſe depoſiti propter frequentiā contra ctuum depoſitorū.tn̄ ſicut in·l·pre/dicta patet tali priuilegio non gau dent qui ſub nomine depoſiti mu/tant ad vſuram· ypotheca autē eſt potior:quia pertinet ad ipſam rem ff·de pactis·l·reſcriptum·

¶ Quinto veniunt ſimplices priui legiati·i·habentes priuilegia perſo nalia non realia·

¶ Sexto ⁊ vltimo veniunt cyrogra phariỹ pro rata nō attenta prorita/te contractuum:quia licitum eſt de bitori pro cumulo creditorum face/re deteriorem cauſam creditoꝝ pio rum non habentiū dn̄ium nec ypo thecā nec priuilegiū habentium:vt ff·de ſeparatione bonoꝝ·l·i.§·con/trario· Et eſt iſta ratio:quia ī cyro graphariȷs creditorib⁹ nō attendi tur tempus· Hec ille· Verū vbi lex municipalis ſeu ſtatutum ciuitatiſ aliter diſponeret illi eſt ſtādū etiā

218

in foro conſcientie ſi nō ſit expreſſe
contra deum·quod nō de facili iu/
dicandū eſt:qa nemo eſt arbitran/
dus īmemor diuini timoriſ ⁊ ſue ſa
lutis·i·q·vij·c·ſancimus·niſi euidē
ter appareat contrariū·Un̄ in aliq
bus ciuitatibus:vt Floren̄·fallente
mercatore per ſindicoſ inſtitutos a
cōitate ſuper hmōi vbi non ſuffici/
unt bona debitoris fallētis ad ple/
ne reſtituendū oībus ſatiſfacit vni
cuiq3 pro rata ſm facultatem bono
rum illius ⁊ nō prius vni q̄3 alteri
niſi aliquib⁹ perſonis priuilegiatiſ
in hoc:vt in mulierib⁹ pro dotibuſ
rehabendis ⁊ hmōi quib⁹ plene ſa/
tiſfacit anteq̄3 cuiq̄3 aliorum·

¶Item primo nota q̄ hi qui tenen
tur reſtituere ſi omnino non poſ/
ſunt ſoluere vł reſtituere ſufficit cō
tritio ⁊ propoſitum reſtituendi qn̄
⁊ cōmode poterunt.xiiij·q·vj·c·ſi
res·quod verū eſt cū nota ſit paup/
tas·talis enim nō debet excōmuni
cari·vt dicit̄ ex̄·de ſolu·c·odoard⁹·
nec aliqua pena mulctari·ex̄·de vſu
ris·c·cū tu.Et dicit̄ nota pauper/
tas qn̄ cedit bonis·ideoq3 tali de/
bet ꝯſulere ſacerdos ſi de pauptate
dubitat q̄ cedat bonis·¶Nota tn̄
q̄ nō ſufficit hec ceſſio:ita q̄ nō ſit
ei aliqua pnīa iniungenda: qa nec
ſolutio nec ſatiſfactio plenaria ſuf/
ficeret. nā lʒ ceſſio ſeu ſolutio quo
ad ſatiſfactionem homini ſatiſfaci
at:adhuc tn̄ non eſt eccleſie ſatiſfa/
ctum·ergo iudex eccleſiaſtic⁹ ſeu ſa
cerdos pro vſurpatiōe rei aliene in
iungat ſibi penitentiā· ⁊ in hoc of/
fendunt plurimi peccatores delin/
quentes qui putant ſufficere q̄ ſa/
tiſfaciant· nec tranſgreſſionē quaʒ
fecerūt poſtmodū confitentur·Hec
Hoſt.in ſum·ti·de penitē·⁊ remiſ·

¶Secundo nota q̄ ſi talis peruene
rit poſtea ad pinguiorem fortunaʒ
tenetur ſatiſfacere etiam ſi ceſſerat
bonis:qa per hoc non ſunt liberati
ſed talis ceſſio ad hoc eis prodeſt:
ne iudicati trahant̄ in carcerem·¶
qui bo.cede·poſſunt· vbi etiā dicit
glo·q̄ ceſſio in hoc etiam prodeſt·
q̄ poſtea non poterūt conueniri ni
ſi inquātum facere poſſunt·⁊ ſic ha
betur ratio ne egeat ⁊ p̄terea cōue/
niri nō debet·niſi tm̄ ſit ad id quod
acquiſiuit q̄ merito videatur debe
re ꝯueniri·Hec in glo· Sed qui ha/
bent reſtituere ſi conueniantur ex
maleficio ſi nō ſunt ſoluēdo verbe/
randi ſunt pro debito. Sed ſi non
conueniunt̄ ex maleficio nō debēt
tales verberari ſed ſufficit q̄ cedāt
bonis.Archi·xiiij·q·iiij·c·ſi res·

¶Nota tertio q̄ ſi is q aliena abſ/
tulit poteſt reſtituere ⁊ nō reſtitu/
it non eſt in ſtatu ſalutis·xiiij·q·vj
